

3 Inter quos ille precipuus est, quando matrimonium semel legitime contractum est, posteaque inuenitur nullum, ob occultum impedimentum, an postea obtenta dispensatione satis sit sine parcho, & testibus utrum contrahere, vel primum matrimonium contractum ratificare i de quo late egimus supra alio capite.

4 Secundus casus est, quando contrahere volens est in mortis articulo constitutus, & matrimonium validum necessarium est, & praeterea non adest parochi copia, an possit valide absque eo contrahi? & posse, tenet tanquam probabile Veracrus in Appendice ad Speculum coniug. quinto, solutione secunda ad obiectionem in positum post septimam conclusionem: sequitur Vega lib. tertio sine Summa, casu 361, & Capua lib. 2, decisione 85, numero octavo, & sub dubio, Azevedo in l. prima, numero 38, titulo primo, lib. 3, noua collect. Reg. & sex fundamenta huius opinionis refert Thomas Sanchez, lib. 3, de matrimonio, dissertatione decima septima, numero 3, idemque probat Capua ubi supra, quando tutores indigno matrimonio volunt collocare puellam, prout cum refert Sanchez ubi supra.

5 Sed contrarium omnino, & proculdubio tenendum est, nempe irritum, ac nullum esse matrimonium in articulo mortis, & in quacunque alia necessitate contractum sine parcho, & testibus ex dicto cap. & Decreto Concilij Tridentini, ubi generaliter, & indistincte semper, & ubique praecipitur, quod fiat coram parcho, & testibus, & contractus aliter facti irriti, & nulli iudicantur, & declarantur.

6 Ex quibus verbis forma inducitur, ex sententia Baldi, & aliorum, in l. prima, ff. de liberis, & posthumis Alexan. consil. 212, ponderatis in l. dubia, lib. 6, Felin. in cap. cum dilecti de rescripti, numer. 6, signo quinto, Beccius consil. 66, num. 14, lib. primo, Ioan. Vincent, Honded, consil. 27, num. 28, volumine 1.

7 Denique, quia forma etiam videtur inducta, quando statutum aliquid exprimit circa actum faciendum aliter, quam iure communi sit dispositum, Anchar. consil. 31, vna quadam, & alios allegans Beccius consil. 12, num. 23, & consil. 62, num. 43, sed iure communi matrimonium clandestina erant valida, vt per totum de clandest. desponsi, & Concilium ea irritat, praecipiendo ne aliter fiant, quam coram parcho, & testibus, vt in d. cap. 1, sessio, 24, in Decreto de reformat. matrim. & sic aliter, quam iure communi erat dispositum: ergo inducitur forma.

Sed forma tradita a lege, vel statuto est omnino, & praecise obseruanda, alias ea non seruata actus est nullus, vt in d. cap. cum dilecti, cum siml. Beccius d. consil. 66, numero undecimo, & ubi deficit forma, non sufficit causa etiam iustissima, vt cum Baldo, & alius tradit Beccius consil. 58, num. 18. Quare merito hanc partem tenent Nauar. lib. 4, consil. in prima editione, titulo de sponsal. consil. 44, & in secunda editione titulo de clandest. desponsatione, consil. 6, Didac. Perez in l. prima, paulo post princip. folio 29, titulo 1, lib. 5, Ordinament. Sarmiento lib. primo selectar. interpret. cap. 6, numero septimo, D. Spino in Specul. testam. glossa 15, numero 44, 45, & 86. Aualos de Segura in sua Director. Iudic. Ecclesiast. secunda parte, cap. 15, numero 44. Manuel Rodrig. in Summa in secunda editione, primo tom. cap. 219, numero decimo septimo Bartholom. a Ledesma de matrimonio dubio 21, Petrus de Ledesma de matrimonio, questione 45, numero 5, circa tertium punctum, dubio 3, fol. 192, columna 1. §. ex praed. sequitur: Ludouic. Lopez in prima parte Instruitor. cap. 16, Enriquez lib. 11, de matrimonio, cap. 3, numero quinto, & octauo, & Zeuallos in suis Practic. questionibus Communium contra Commun. questione 804, numero 62, & 73.

ubi alios citat, Azeued. in l. 1, titulo 1, lib. 5, noua collect. Regie, numero 38, & ibi Matienço glossa 6, verb. clar. desino, numero 3, in fine, & glossa 7, numero secundo, sequitur, & bene probat aliquos ex supra dictis referens Thom. Sanchez dicto lib. 3, de matrimonio dissertatione 17, numero quarto, ubi numer. 5, respondet fundamentis contrariis, & nouissime nos citans Zambrá. Hispalen. in suis aureis decisioibus, cap. 7, de matrimonio, dubio 3, numer. 2, folio 327. Itaque haec est certa, & communis sententia, & omnino tenenda, tametsi Dominicus consil. 66, column. penultim. & final. & D. Couar. in 2, de sponsal. secunda parte, ca. 6, in princip. num. 12, ad fin. & alios referens Cuchus in Instruitor. maior. lib. 5, titulo 11, numer. 37, necnon & relati per Thom. Sanchez ubi supra, numero tertio, aliud sentiant, & velint. Et communis praefata tenenda, sententia adeo procedit, vt neque Episcopus, vt in casu magne necessitatis, quando non potest consili Summi Pontificis, dispensare in hoc possit, vt constat ex verbis praecedentibus Concilij, ubi concedit facultatem Episcopo dispensandi in dispensationibus, non vero in praesentia parochi & testium: ergo manifeste videtur eam in hoc denegare, & ita docuimus de Iuramento confirmat. prima parte, ca. 51, numero vigesimo tertio, post Nauar. in Manual. Latin. cap. 22, numero 50, & Thom. Sanchez ubi supra numero sexto, ubi bene eam alius rationibus comprobatur: sequitur alios allegans Zeuallos a quaestione 804, numero 100.

8 Ex dictis supra similiter deducitur, non valere matrimonium publice contractum sciente maiori viciniae parte, si parochus deficit, vt tenet Nauar. in Manuali Latino, cap. 25, numero 144. Enriquez ubi supra, cap. 3, numero quinto, Ludouic. Lopez & Sanchez ubi supra, numero septimo, licet immerito dubitet idem Nauar. d. Manual. cap. 22, numero 69, in fine.

9 Inferitur etiam ex eisdem, quod ignorantia inuincibilis Concilij Tridentini in praed. casu, in locis ubi illud obligat non excuset, ac proinde, si contrahentes huiusmodi illud inuincibiliter ignorant, contrahant absque parcho, & testibus huiusmodi praetentum matrimonium erit nullum, duobus praecipuis fundamentis.

Primum est, quoniam et si lex non afficiat ignorantes quoad poenam extrinsecam, bene tamen afficiat quoad intrinsecam annulationis actus: argumento tex. in cap. 1, de contestine praeb. in 6, siue ignorauerint, siue non, vt ibidem probatur ibi, siue ignorauerint, siue non, non valebat: per quem tex. ita tenent quam plures Auctores, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez ubi supra d. lib. 3, dissertatione 17, numero decimo.

Secundum fundamentum est, quia quoties constitutio exprimit, a quo tempore debeat obligare, afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias poenas, vt fideat ex nunc, iuxta glossam in Clementina secunda de Haeretic. verbo ex nunc, & ibi communiter DD. & alibi sepiissime, quos refert, & sequitur Sanchez ubi supra, numero decimo, sed Decretum Concilij Trident. de quo supra, assignat tempus a quo incipit obligare, nempe transactis triginta diebus a publicatione in qualibet parochia: ergo ab illo tempore obligat, quoad annulationem matrimonij, etiam ignorantes: & ita in terminis merito tenent hanc opin. Merymn. Enriquez, Petrus de Ledesma, quos refert, & sequitur Sanchez ubi supra, num. 10, ad fin.

Si tamen matrimonium clam contractum sit absque parcho, & testibus in locis, ubi nunquam fuit publicatum Concilium Trid. vel ubi nunquam fuit

receptum, vt in quibusdam Galliae partibus, & in Polonia incolis illorum dum ibi habitant, validum erit, quia Concilium Trident ubi supra decreuit, illud Decretum robur non habere in vnaquaque parochia, nisi post triginta dies a die primae publicationis in eadem parochia numerandos, & quia si in illa receptum non sit, quamuis legitime publicatum, saltem, quando decem anni transierunt, non obligat.

Sicut nec alia qualibet lex, vt cum aliis probauimus alibi, & tenent DD. communiter in cap. primo de irog. & pace: & in terminis ita tenent Doctores, quos ad hoc refert, & sequitur Zeuallos Practic. quaestione Commun. contra Commun. quaestione 804, numero 143, nec non & Thom. Sanchez d. lib. 3, de matrimonio, dissertatione 18, numero primo, dicens, quod peccabunt hi, si omnino clandestine contrahant, sicut peccarent ante Concilium Tridentin. & numeris sequentibus late agit de peregrinis locorum ubi Concilium obligat, contraentibus ad alia loca, ubi non obligat, & ibi conueniens matrimonium, vel e contra, quod hic consulo omitimus, quia est de raro contingentibus.

CAPITVLVM LXII.

De Parcho ministro sacramenti matrimonij.

SUMMARIVM.

- 1 Parochi proprii assistentia exigitur de necessitate sacramenti ad valorem matrimonij.
- 2 Parochus proprius virtus, contrahentium matrimonium est Episcopus, & eius Vicarius Generalis.
- 3 Parochus alienus, virtute Bullae Cruciatas, non potest eligi ad assistendum matrimonio.
- 4 Parochus proprius alterius contrahentium sufficit, quod assistat matrimonio pro eius valore, saltem, si sit parochus illius contrahentis, in cura parochia celebratur: vno etiam si extra parochiam, vel diocesim celebretur matrimonium, vt in numero quinto, & an hoc requiratur licentia Ordinarij, vel parochi loci, in quo matrimonium celebratur? numero sexto, ubi an peccet, puniendusque sit parochus proprius assistens matrimonio absque praed. licentia?
- 5 Matrimonium illorum, cui assistit sacerdos ex commissione proprii parochi extra prouinciam committentis, an sit validum? & numero nono, 12, & 13.
- 6 Episcopus tanquam Ordinarius potest conferre beneficia extra diocesim, non tamen eius Vicarius, cui hoc Episcopus delegauerit.
- 7 Confessores ordinarij possunt excipere confessiones subdicatorum extra diocesim, non tamen hoc possunt confessores delegati, sed contra, & num. 11.
- 8 Iurisdicção ordinaria, voluntaria, & etiam delegata potest exerceri extra territorium.
- 9 Religiosi habentes licentiam audiendi confessiones, an, & quando possint eas audire extra diocesim, licentiam concedentes?
- 10 Parochus proprius assistens matrimonio, an debet esse sacerdos, necne?
- 11 Dicitio, alius, est repetitua similium, & quomodo hoc intelligatur.
- 12 Episcopus non consecratus potest exercere omnia Episcopi munera, demptis illis, quae ab ordine dependent.
- 13 Parochus, etiam si non sit sacerdos, potest licentiam concedere suis parochianis confitendis alieno parcho: sicut eam quoque concedere potest recipiendi Eu-

- 14 charitiam a religiosis, vt in numero 19.
- 15 Absolvere potest proprius parochus, etiam non sacerdos ab excommunicatione non reseruata.
- 16 Parochus non sacerdos potest concedere licentiam sacerdoti ad assistendum matrimonio, non tamen non sacerdoti, nec etiam Ordinarius, vt in num. 22.
- 17 Matrimonium celebratum coram parcho excommunicato, suspensio, vel irregulari non tolerato, an sit validum? & an huiusmodi parochus possit alio sacerdoti dare licentiam assistendi matrimonio? numer. 24.
- 18 Parochus generaliter, vel specialiter interdictum a sacramentorum administratione an valide matrimonio assistat?
- 19 Parochus absq. vero titulo, stante communi errore, an valide assistere possit matrimonio?
- 20 Parochus ipsi iure primarius beneficij, an valide assistat matrimonio, vt in exemplis hic positis?
- 21 Matrimonium contractum coram sacerdote de licentia proprii parochi concessa solis verbis externis absque tamen vera intentione occulta, an sit valida?
- 22 Domicilium originis non sufficit pro matrimonio eius, qui alibi habet domicilium habitantis.
- 23 Parochia propria, & diocesis, quae dicatur?
- 24 Domicilium iuris fictione, vt originis propriae, vel paterna, aut beneficij, an sufficiat pro matrimonio contrahendo.
- 25 Parochus delegatus ab Episcopo ad nutum, an valide assistat matrimonio.

Assistentia parochi proprii contrahentium, exigitur de necessitate sacramenti ad valorem matrimonij, vt patet ex ca. primo, in Decreto de reformatione matrim. sessione 24, Sacri Concilij Tridentini, in verso, idcirco Sacri Lateranen. Concilij: ibi: Antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parcho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Millarum solennia publice denuncietur, &c. & iterum inferius, ibi: quod si quis parochus vel alius sacerdos regularis, siue secularis sit, &c. alterius parochiae sponso sine illorum parochiae licentia, matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinarij eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absoluitur: verba igitur illius eiusdem capituli in medio posita, ibi, qui aliter quam praesente parcho, &c. de proprio parcho contrahentium intelligenda sunt praecise, iuxta praecedentia, & subsequencia; quod etiam probatur ex cap. 13, in fin. de reformatione, eisdem sessione 24, ibi, & a quo solo (scilicet proprio parcho) licite sacramenta suscipiant: in terminis ita tenent, & docent Menoth. plures referens consil. 398, volumine 4, Nauar. lib. quarto consil. in prima editione, titulo de clandest. desponsat. consil. secundo, numer. primo, & in Manual. Latin. ca. 25, numer. final. in fine, & ita fuit decilium Rotae sententia, vt patet ex decisione nonisimorum 643, & 616, & sequenti tom. primo, & sequitur Spino in Specul. Testam. glossa 15, numer. 77, Salzedo in Practic. Criminal. Canon. cap. 37, in noua editione, verso, decimo quarto, Segura Daulos in Director. Iudic. Ecclesiast. secunda parte, cap. 15, numero 48, Manuel Rodriguez in sua Summa in secunda editione primo tom. cap. 219, numero quarto, Petrus de Ledesma de matrim. quest. 45, articulo quinto, puncto 3, dubio 3, conclusionem 1, Cordoua in Summa quaestione 43, in fine: & quaestione 44, & 46, in fin. Alphonsi a Veracr. Enriquez, Bartholom. a Ledesma, Vega, & Ludouicus Lopez, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, libro tertio, de matrimonio, dissertatione 19, numero

secundo, esseque vera procul omni dubio hæc sententia.

Proprius autem parochus utriusque contrahentis in proposito est Episcopus, & eius Vicarius Generalis, vt tenet Salzed. ad Practic. crimin. Bernardi Diaz de Lugo, ca. 7. additum 2. vers. 14. Spino d. gloss. 15. numero 28. 30. & 41. Segura d. ca. 15. numero 47. & alios referens Zeuallos in Practic. questionibus Commun. contra Causam, questione 604. numero 54. vbi ex Ledesma de matrimonio, questione 45. articulo quinto, vers. dubium quartum, pagina 192. columna 2. quod etiam Summus Pontifex, & ex commissione ceteri alij.

Ex quibus deducitur, quod licet virtute Bullæ Cruciatæ possit eligi quilibet sacerdos approbatus ab Ordinario ad recipienda sacramenta, non tamen poterit eligi alienus parochus, vel alius sacerdos ad celebrationem huius sancti Sacramenti matrimonij: non enim in Bulla hoc censetur concessum nisi de licentia Ordinarij, vel parochi, vt tam in benedictionibus nuptialibus, quam in conjunctione matrimonij expresse cautum est in d. ca. primo de reformatione matrim. sessione 24. in vers. statuisque vt benedictionem ibi, vel privilegio: & statim infra, ibi etiam si sibi ex privilegio, &c. & in terminis ita tenent Spino d. glossa 15. num. 43. Alphons. à Veracr. in Appendice ad Speculum coniugiorum dubio 3. conclusione 7. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 21. folio 130. Petrus de Ledesma de matrimonio, questione 45. articulo 3. puncto tertio, dubio tertio, ad fin. §. ex dictis, sequitur Zeuallos vbi supra, numer. 62. vbi citat idem tenentes Sotum de Iustitia, & Iur. libro quinto, questione secunda, articulo 5. Nauar. in Manual. Latino. ca. 27. num. 194. & probat Thom. Sanchez vbi supra, num. 3.

Sufficit autem parochus alterius contrahentium assistens matrimonio ad ipsius valorem; saltem si sit parochus illius contrahentis, in cuius parochia celebratur: quia cum hoc sacramentum proprio parochio sit commissum per Concilium Tridentinum, censetur etiam commissum alienum parochianum cum suo coniungere, cum hæc necessario connexa sint, & indiuidua, quia matrimonium non nisi inter duos consistere potest, & Concilium, de assistentia parochi in numero singulari loquitur, non vero in numero plurali, scilicet parochorum, ita docet Nauar. in Manual. Latino. cap. 25. in fine, in posteriori editione dicens, sic declaralle Cardinales, quamuis in antiqua editione asseruerit, solum sponte parochum esse legitimum: idem Nauar. consil. primo, & consil. 32. de sponsalibus, lib. 4. consil. Salzedo in Practic. criminal. Canonice, ca. 73. in nona editione in vers. decimo quarto, Spino in Seculo testament. gloss. 15. numer. 41. Segura Daualos vbi supra, numer. 47. Coualcan, questione 12. numero 21. in secunda parte, Zeuallos vbi supra, d. questione 604. numer. 6. & Thom. Sanchi, vbi supra, numero quarto, vbi alios ita tenentes, citat, & numer. 11. cum aliis pluribus recte probat, & resolut, tenendum prorsus esse sufficere proprium alterius contrahentis parochum, etiam si in parochia alterius sibi non subditi, matrimonium celebratur.

Sufficit etiam ad valorem matrimonij presentia parochi alterius, vel vtriusque contrahentis, quamuis in neutrius parochia, nec diocesi celebretur matrimonium, non enim hoc requirit Concilium, scilicet, quod in parochia alterius, nec vtriusque contrahentis, vel diocesi celebretur matrimonium, sed tantum, quod coram parochio, & testibus: deinde quia precipuus parochi matrimonij celebrando fuit, vt clandestinitas vitaretur,

Ecclesiæque constaret matrimonium: sed hic finis fati consequitur, atque obtinetur, parochio vbiunque assistente matrimonio, vt patet: ergo hoc sufficit: & quia auctoritas, quam præstat parochus matrimonio, non pertinet ad iurisdictionem contentiosam, nec requirit causæ cognitionem, ergo vbiq; assistere potest matrimonio suorum parochianorum; ex doctrinis vulgaribus, & communibus, quas docerit Sanchez d. disputatione 19. numer. 8. & 14. & in terminis hoc ibi tenet, & probat cum Salzedo d. ca. 73. in secunda editione, §. vndecimo, & Segura d. ca. 15. num. 49. in secunda parte Director. Iudic. Eccles. Spino gloss. 15. num. 42. Manuel Rodrig. in primo tom. sue Summa in secunda editione, capu. 219. num. 7. tamet Nauar. lib. 4. in prima editione, titulo de sponsal. consil. 52. & consil. 47. numero tertio, cum sequentibus, & in secunda editione, consil. 4. & 14. numero tertio, cum sequentibus asserit, non satis esse parochum alterius, vel vtriusque contrahentis, dum in neutrius parochia matrimonium celebratur, quamuis possit parochus extra parochiam existens dare licentiam sacerdoti, vt intra parochiam matrimonio assistat: hoc vltimum probandum vero contra priorem receptissimam sententiam, minime.

Ille tamen questio in proposito satis inter nos strates controuertitur, an scilicet proprius parochus assistens matrimonio extra parochiam absque licentia Ordinarij, vel parochi loci, in quo matrimonium celebratur, peccet, puniendusque sit? Salzedo namque d. ca. 73. in nona impressione Practicæ criminal. Canonice, §. vndecimo, & Enriquez lib. 11. de matrimonio, capu. 3. numero secundo, Manuel Rodrig. vbi supra, d. num. 7. partem affirmatiuam probant, quorum precipuum, vltra alia, fundamentum est, quia parochus non potest sponte benedicere in aliena parochia, vt prædiximus ex ca. 1. sessione 24. Concil. Trident. in Decreto de reformatione matrim. ergo nec eos matrimonio coniungere impune, existens extra parochiam. Rursus contrarium cessante scandalo probauit Spino numer. 42. & Segur. num. 49. vbi supra: quorum opin. vt probabilior fundat, sequitur, & defendit Thom. Sanchez vbi supra, numer. 18. & numer. 19. respondet fundamentis contrariis, & mihi quoque vera, & tenenda videtur ex dictis supra in vers. item sufficit.

Difficilis quoque illa questio in proposito censetur, an valeat matrimonium illorum, cuius alius sacerdos ex commissione parochi proprij assistit, extra parochiam committentis? Pro parte negativa facit primo, quia quamuis iudex Ordinarius possit extra territorium exercere iurisdictionem voluntariam, delegatus tamen inferioris à Principe hoc facere nequit, vt ex l. 2. de officio Proconsul. tenent Barto. in l. 1. numero 40. C. de Summa Trinitate, & fide Catholice, & in d. l. 2. numero 2. Franciscus March. alios referens decision. Delphinat. 117. in fin. in secunda parte, & Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 34. numero primo, vbi alia plurimos allegans congerit.

Nempe Episcopum tanquam Ordinarium, posse beneficia conferre extra diocesim, non tamen eius Vicarium, cui hoc Episcopus delegauerit secundum Franciscum March. vbi supra, & Anastasium Germon. de indultis, §. 1. vbi, quoad vixeris numero 88.

Præterea adducit pro hæc priori parte: confessores ordinarios posse excipere confessiones subditorum extra diocesim, non delegatos, & ibi agit de veritate huius dicti, & in terminis ita tenet Nauar. libro quarto consilior. consil. 47. numero secundo, titu. de sponsalibus, Franciscus March. decis. 7. 10.

tom. primo, prout eos refert Zeuallos dicta questione 604. numero 117. sed Franciscus March. vbi supra non agit de hoc, sed decisione 1054. qui non loquitur in terminis nostris, Nauar. autem vbi supra hoc non tenet, sed in concilio decimo quarto, de clandest. de sponsatione, numero 3. cum sequentibus in editione Lugdunensi, Anno, 1594.

Sed multo verius est, atque tenendum in terminis nostræ questionis, non tantum proprium parochum; sed etiam sacerdotem de illius licentia assistentem matrimonio, valide assistere extra parochiam, sicut si parochus ipse extra illam interesset.

Quia iurisdicatio voluntaria, ad quam reducitur hæc assistentia, potest valide ab Ordinario, & à Delegato extra territorium exerceri, vt tam in genere, quam in specie, de qua agimus, tenet, & probat Sanchez vbi supra d. disputatione 34. numero 2. & 3. & nuncupatim aduersus Nauar. vbi supra, tenet additio noua eiusdem in fin. & Segura Daualos in suo Directorio Iudic. Ecclesiæ, secunda parte ca. 15. num. 49. & Manuel Rodriguez in summa, 1. parte ca. 200. conclusione 6. & in Vicario Episcopi; quod ex ipsius delegatione possit extra diocesim conferre beneficia tenent Dominic. in ca. final. de officio Vicar. lib. 6. Boerius decisione 30. numero 6. affirmans sic iudicatum fuisse in Burdegalen. Senatu, & refert decisionem Rotæ, Rebuffus in parte benefic. titu. de reformatione Vicariatus, numero 2272. & in regula Cancellaria 13. & alij quamplurimi, quos refert, & sequitur Sanchez d. disputatione 34. lib. 3. de matrim. numero. 2. contra primo loco numero præcedenti à se citatos.

Et infarius ibi refert, & sequitur alios quamplures docentes non solum Ordinarios, sed & confessores Delegatos posse audire confessiones subditorum diocesis in qua expostii sunt extra illam diocesim.

Ergo & sacerdos delegatus à parochio ad assistendum matrimonio, poterit valide extra diocesim illi assistere.

Nec secundum eum ibidem numero 4. censetur limitata licentia ad assistendum intra parochiam, eo quod parochus dicat sacerdoti, vade ad domum Mariæ, verbi gratia, & assiste ibi matrimonio, licet domus illa non sit intra parochiam nec si dicat coniungere Petrum, & Mariam in Ecclesia mea; vel concedo tibi vices meas ad assistendum matrimonio in mea parochia: quoniam hæc omnia sunt causa demonstrationis, & non causa restrictionis licentiz: argumento tex. in Clementina dudum de sepultur.

Vbi quod dum dicitur posse religiosos audire confessiones intra diocesim, non fuit animus Põstificis locum restringere, sed personas, hoc est subditos illius diocesis fecus quando fit mentio subditorum, & intra diocesim, vt patet ex textu in ca. 6. incip. licet Episcopus, in Decreto de reformatione, sessione 24. Sacri Concilij Trident. dum voluit Episcopis limitare potestatem ibi concessam, vt intra diocesim solum ea habeatur: dixit, quoscunque sibi subditos in diocesi sua, &c. caute namque dixit, subditos suos, & in diocesi, vt clare intelligetur, limitare voluisse personas, & locum ad effectum de quo ibi, nempe ad absolendum in foro conscientie gratis imposta salutari penitentia subditos sibi delinquentes in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ referuatis in diocesi sua.

Dubium tamen est ingens, vtrum ad matrimonij valorem requiratur, quod parochus illi assistens sit sacerdos, necne? Primo namque necessario requiri

videtur, quod sit sacerdos ex illis verbis Concilij d. c. 1. Qui aliter, quam presente parochio, vel alio sacerdote, &c.

Dicitio namque illa, vel alio, est repetitina similitum iuxta glossam final. in l. si fugitiu. C. de seruis fugit. communiter vbiq; approbatam, vt docuimus post alios de iuramento confirmat. 1. parte, ca. 14. numero 13. in fine. Villalobus in araria commun. opin. litera A. num. 145. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. q. 40. numer. 122. Pacian. de probat. lib. 2. c. 3. num. 239. novissime Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 20. num. 2. vbi alios allegat: & hoc præsertim, quia olim ex celebri Ecclesiæ ritu sacerdos erat adhibendus nuptiis contrahendis, vt constat ex varijs Pontificum, Conciliorumque Decretis relatis à Gratiano 30. q. 5. per totam: & in terminis ita tenet Nauar. lib. 1. consil. in antiqua editione, in. de officio Ordin. consil. 1. & in 2. editione, lib. 3. tit. de clandestina de sponsal. consil. 10. Alph. à Veracrucis in Appendice ad Speculum coniug. dubio 3. concl. 2. Salzed. in Practic. criminal. Canon. c. 73. vers. 14. in noua editione. & in hæc sententiam referunt inclinasse Cardinales, nec Vicarij Episcopi, nec parochum posse valide matrimonio assistere, si sacerdos non sit, quod etiam refert Zeuallos d. practic. questione 692. n. 59. & hæc dicunt esse probabilem Petrus de Ledesma de matrim. q. 25. art. 3. puncto 5. fol. 191. in fin. ibi sit tertia conclusio, & Sanch. vbi supra, d. n. 2. ad fin. lib. 3. de matrimonio, disputatione 20.

Contraria tamen sententia verior, & probabilior videtur, nempe, non requiri parochum esse sacerdotem ad valorem matrimonij, quia Concil. Trident. hoc non requirit, sed absolute loquitur pluries in præd. ca. 1. de paroch. et si aliud voluisset, hoc expressisset, tum ibi det formam præcisam ad valorem matrimonij Denique quia parochus non sacerdos exercere potest omnia, quæ à potestate ordinis non dependent: argu. tex. in c. suffraganeis, & in c. extraneis de electione.

Vbi deciditur, quod Episcopus non consecratus potest exercere omnia Episcopi munera, demptis illis, quæ ab ordine dependent; sed interesse matrimonio non est actus ordinis, sed iurisdictionis parochi: ergo, &c. Non obstat, quod prædiximus de ditione, alius, quia non semper qualitatem similem præcedenti refert, vt docet bene gloss. in c. deinde verbo cum aeterni 20. d. 1. & in c. sedes vacet verbo maior, ad fin. de rescript. & in auctor. qui semel verbo aliter, iunct. tex. C. quomod. & quando iud. & probatur ex illo Matthæi 28. & Marcæ 5. ibi, & cum edruccifisi sunt alij duo lairones, & ex cap. Nouatiani 7. q. 1. ibi; alios Pseudoprophetas, & tunc secundum Imo. & Felij. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, sub num. 3. imphicat dissimilitudinem dictio, alius, quando ratio subiectæ materiæ id iudicat, quod contingit in nostra specie, quia assistere parochum matrimonio ab ordine non dependet: ergo ex particula, illa vel alio sacerdote, non colligitur sufficiens argumentum ad corrigendum ius, quod ad obeunda munera ab ordine non dependentia, non requirit in parochio sacerdotium.

Sic etiam videmus, quod parochus, etiam si non sit sacerdos, potest licentiam concedere suis parochianis confitendi alieno, tamet si tex. in c. omnis vtriusque sexus, de penit. & remis, expresse decernat neminem posse confiteri alieno sine licentia proprii sacerdotis ita tenet Palud. in 4. dist. n. 17. q. 3. art. 1. n. 5. in fin. & Sotus in 4. dist. n. 18. questione 4. articulo 3. vers. circumspectio, quos sequitur Thom. Sanch. vbi supra.

Vbi cum pluribus alijs DD. similiter affirmat quod et si non liceat religioso ministrare Eucharistia absque licentia presbyteri parochialis, iuxta tex.



per totam. & a num. 12. usque in fin. 7. conclusionibus questionem hanc recte resoluit, & decidit cum suis declarationibus.

CAPITVLVM LXIII.

De domicilio requisito contrahentium in aliquo loco ad hoc ut ibi fortitatur proprium parochum, qui assistere possit, & debeat matrimonio, iuxta Decretum sacri Concilii Tridentini & casus grauis in proposito in praxi contingens refertur, atque deciditur.

S Y M M A R I V M.

- 1. Matrimonium contractum ab his, qui relicta sua origine, rebu & facultatibus suis ibidem, se contulerunt alibi longe cum animo ibi constituendi domicilium certis ex causis, & intra tres menses postquam illic peruenierunt, se iudicem matrimonio copularunt coram paroco, & testibus, an sit validum? & per totum capit. praecipue num. 13. cum sequentibus ubi par. affirmatiua probatur.
- 2. Domicilium nuper acceptum ad celebrandum matrimonium, relicta propria patria, videtur fraudulentum, non enim contrahitur domicilium nisi per decennium, aut alio tempore arbitrio iudicis, vt in num. 3. & 10.
- 4. Domicilium in alio loco acquiritur per possessionem immobilium cum habitatione.
- 5. Domicilium non contrahitur per habitationem mille annorum ab eo, qui habet animum redeundi ad suam patriam, ubi bona sua reliquit.
- 6. Proprius parochus ad contrahendum matrimonium dicitur illius loci, in quo contrahentes habent animum permanendi: secus si habeant ad tempus redituri postea ad proprium domicilium.
- 7. Matrimonium in rure celebratum coram paroco illius, & testibus ab eo, qui est incolae civitatis vel villa praedictae rure habente, & illic aliquoties accedente ad exercenda rusticalia, an sit validum?
- 8. Matrimonium non valet eorum, qui volentes illud contrahere, & iumentis impedimentum sibi faciendum incivitate, ubi sunt incolae, abierunt in aliam, & ibi de licentia Ordinarii civitatis, ubi erant incolae, contraxerunt matrimonium: sed contrarium num. 32. & 33.
- 9. Pupillus sicut sepulturam eligere, nec parochiam mutare, ita nec sua voluntate potest domicilium constituere, & num. 34.
- 11. Habitatio fraudulenta in praedictum parochi proprii, vel alterius habitata in aliquo loco ad effectum adquirendi novum parochum, non sufficit.
- 12. Fraus, & dolus coniecturari, & iudicis probatur.
- 14. Habitatio novus animus suum declarans dicens se velle ibi habere domicilium, vel perpetuo manere sortitur domicilium.
- 15. Animus contrahentis novum domicilium probatur iuramento ipsius ad contrahendum ibi matrimonium.
- 16. Bona fides in dubio praesumitur, circa novum domicilium adquirendum, quando hoc exprimitur.
- 17. Matrimonium inter duos alienigenas contrahendum qui sunt cogniti, quod non sint comprehensi inter vagabundos potest celebrari coram paroco, in cuius parochia contrahentes habitant.
- 18. Civitas acquiritur, hoc est, vicinitas per matrimonium contractum in loco.
- 19. Parochia adquiretur ratione habitationis, quando ea

- brevis temporis non est, sed in id oppidum se aliquis recepit causa alicuius negotii expediendi, vt eo expedito ad proprium domicilium redeat, vt adquirunt scholastici in loco studij, famuli, & mercenarij non ad brevis tempus locantes operas in domo heri, & hi qui causa pestis, aut belli aliquo confugiunt.
- 20. Matrimonium celebrari potest coram paroco illius loci in quo aliquis ad negotium expediendum se contulit, non ad brevis tempus, vt in exemplis hic positis.
- 21. Velationes, & benedictiones nuptiales receptae in propria patria a suo paroco, matrimonij alibi contracti confirmant ipsam matrimonium.
- 22. Verba an sint de substantia matrimonij, vel sufficiant signa exteriora consensus in valentibus loqui.
- 23. Annuli immisso, & subarratio facta a sponsis sponse recipientis, an inducat matrimonium de presenti, praecipue ad foret Ecclesiae, & coram sacerdote.
- 24. Matrimonium contractum in minore etate, an confirmetur datione annuli, vel subarratione facta post maiorem etatem, & numeris sequentibus.
- 27. Voluntas plus declarat facta, quam verbus.
- 28. Sponsalia impuberum verbis de presenti contracta an irascant in matrimonio de presenti, si tradidit nunc fiat post Concilium Tridentinum, solumiter coram paroco, & testibus adveniendis id fieri cum intentione contrahendi.
- 29. Cohabitatio coniugum longo tempore habita magnam praesumptionem inducit in favorem matrimonij.
- 29. Delegatus iudicis nullitatem quae cognoscitur?
- 30. In dubio pro matrimonio est iudicandum, & quod in eius favorem standum sit opinioni vniu. Doctoris grauis, vel maioris partu, vide num. 31.
- 31. Dispensatio consanguinitatis ad matrimonium contrahendum ex causa concessa a Summo Pontifice licita est.
- 36. Fraus ex breuitate temporis praesumitur, & quomodo intelligatur?
- 37. Statuto stante, quod nullus erit frumentum in platea nisi pro suo vultu, si quis id emerit pro suo vultu totius anni, & postea amittat proposito, recedat & vendat praed. frumentum, non puniatur.
- 38. Dolus & fraus regulariter non praesumitur, & qui aliud dixerit, debet id probare, alias non obinebit.
- 39. Dolus & fraus, quod probetur iudicis, & coniecturari, atque praesumptionibus, quomodo intelligatur.
- 40. Dispensatio Papae in primo, & secundo gradu consanguinitatis sui valida in casu huius capiti, idque probatur.
- 41. Prouisores Capituli sedenacante, quibus fuit commissata dispensatio, potuerunt eam expedire.
- 42. Prouisores sede Episcopali vacante, regulariter an possint dispensationes Papae ad matrimonia expedire.
- 43. Puberes, qui dicantur ad contrahendum matrimonium.
- 44. Pubes si post 14. ann. habitati non sit, hoc est, potens ad copulam, an possit contrahere matrimonium.
- 45. Matrimonium prohibendum est iure Canonico contrahere ante ann. pubertatis, quod regulariter praecedat, fallit ut hic.
- 46. Proximus pubertatis quis dicitur, & num. 47. quod hoc relinquatur arbitrio iudicis ex discretione, & aliis circumstantiis, de quibus hic.
- 48. Viro affirmanti se uxorem carnaliter cognouisse credendum est.
- 49. Obsecratus in iudicio facienda est ad sciendum, an mulier sit carnaliter cognita.

Potens ad contrahendum quando quis dicatur arbitrio iudicis relinquatur attentis hiis, de quibus hic.

**O**Riginarij cuiusdam oppidi, vel civitatis certis ex causis Hispaniam se contulerunt animo ibi permanendi atque domicilium constituendi relicti rebus suis, dominio atque iurisdictione in vasallos in loco originis, & transactis tribus mensibus habitationis Hispani, ibi matrimonium inter se contraxerunt coram Ordinario Hispanen. Queritur an hoc matrimonium fuerit validum nec ne.

Questio hac difficilis est, longamque petit examinationem materij domicilij, habitationis, idco late hic opportune de ea agere decreui pro vtraque parte, vt ex infra dicendis optimae doctrinae colligantur in materia matrimoniali, de qua agimus non solum, sed etiam in aliis in praxi valde vitales.

In primis pro parte negatiua facit, quia praedicti domicilij constitutio Hispani facta videtur in fraudem domicilij originis inuenta, eo quod colore quod Hispani haberent, patrum quendam Thesauriarum Sanctae Ecclesiae Archiepiscopalis illius civitatis, in cuius domo commorarentur, vt a domicilio originis diuerterent, vt si celebraretur matrimonium, impedimentum opponeretur, ex quo cefaceret, & effectum non fortiteretur suum praesentium matrimonij, & ita re ipsa apparuit, siquidem celebrato matrimonio Hispani per vnum tantum annum ibi commorantur, & postea reuersi sunt in suam patriam, & originem, vbi quampluribus ann. permanferunt quosque his super inuoluntate matrimonij ex parte mulieris fuit mota: igitur in tempore a deo breui vnus anni non poruerunt domicilium contrahere Hispani, quia ad illud contrahendum, eo constituendum decennium requiritur, vt in l. 2. C. de incol. lib. 10. & late per Mascard. plures allegantem de probat. primo tom. verbo domicilium, conclusionem 534. numero 6. l. 32. titulo 2. partu 3. in versiculo, la serena, l. 2. in fin. titulo 24. partu 4. vel quod ibi maiorem partem suorum bonorum haberent, vt per Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centuria 1. casu 86. numero 1. cum sequentibus, & num. 18. & d. l. 32. in versiculo, la octava, & Mascard. vbi supra. num. 21.

Alij autem dixerunt tempus habitationis in aliquo loco ad inducendum domicilium relinquere arbitrio iudicis, & sic, quae dicatur alicuius habitatio, vt constat ex Menoch. vbi supra, numero 16. & Mascard. numero 9. & 10. vel quod aequae se haberent ad vtrumque locum, vt in terminis matrimonij tenet Nauar. consil. 7. num. 3. de clandest. despons. lib. 4. quod autem Hispani in praemissa questione non contigit, vt ex eius casu constat: igitur, &c.

Neque obstat dicere contrahentes animum habuisse habitandi, & permanendi Hispani, quia vt inquit Rebuff. in l. Pupillus, §. incola. ff. de verb. significatione, in versiculo, quaro, pag. 1088. in principio, necessarium erat ad hoc, quod res suas cum familia detulerit habitator, vel quod ibi remanserit decem annis, vel quod domum ibi emerit, quia possessio immobilium cum habitatione facit aliquem incolas, lib. 1. cum ibi notatis, ff. ad municipal. Menoch. vbi supra, m. 2.

Secundo principaliter eadem pars negatiua, quod matrimonium non valuerit in praed. specie, probatur, quia ex quo dicti, contrahentes Hispani res suas non habebant, sed in loco loci originis, & Hispani tantum causa videntur patrum suorum, ibique ad tempus permanendi cum eo se contulerunt, non videtur habuisse animum perpetuo ibi permanendi, nec constituendi domicilium, sed tantum causa recrea-

tionis, & statim se contendi ad locum, & domum originis, vbi semper prius commorabantur & habebant vasallos, oppida, iurisdictionem, & redditus magnos, quo casu, quando scilicet quis habet animum redeundi, tunc etiam per mille annos non contrahitur domicilium, vt in scholari & similibus, ita Bart. in l. quatum in principio ff. de leg. 3. & plures allegans Menoch. vbi supra, numero 7. & 22. Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 3. dispensatione 23. numero 9. versiculo 4. & latissime, late probans numero 11. per totum, & Mascard. numero 13. vbi num. 15. idem dicit fortasse esse dicendum in pupillo, qui apud auiam tutricem, quae alterius erat parochiae, quam pupillus, permansit, nam cum legitima, & necessaria causa ibi permanendi fuerit, non praesumitur ibi domicilium constituere.

Quo fit, vt in propriis terminis circa matrimonium contrahendum valide, is solum dicitur proprius parochus parochiae in qua contrahentes animum permanendi habent: secus si habitent ad tempus redituri postea ad proprium domicilium (pro ut terminis contingit in hac specie) ita decisum fuit in Rota nouissimorum 6. 13. numero 2. & 3. volumine 1. & tenet Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 3. numero 3. Manuel Rodrig. in primato, sua Summa in secunda editione, cap. 219. numero 6. Segur. Dana. in secunda parte Director. iudic. Eccles. cap. 15. numero 48. D. Spino in Specul. testam. glossa 15. numero 41. Petrus de Ledema de matrimon. questione 45. articulo 5. pu. 23. post dubium 4. §. duo tertio, s. de facto, fol. 193. columna 1. sequitur Thom. Sanch. de matrimonio, lib. 3. dispensatione 23. numero 11. ad fin. pag. 539. column. 2. vbi refert Thom. Triufan. lib. 4. decil. 27. dicentem Veneticis decisum esse, quod si mulier, quae anni pario habitauit cum amasio, nubat alteri non abstante paroco domicilium feminae, sed parochiae amassij, non valet matrimonium, quia ratione illius habitationis, non contrahitur parochia, & quamuis uxor fortitatur focum ratione domicilij, non tamen concubina, vt bene docet gloss. in cap. eos, verbo eo 32. dist. 11.

Tertio quia civitatis incolae, & in rure praedia habentes, & ad rusticalia exercenda aliquoties in anno ad rus accedentes dimissa in vrbe familiae suae parte si coram paroco rurali, & testibus matrimonium contraxerint, tale matrimonium est nullum, non vero validum prouocandum, quia non fuit celebratum coram proprio paroco contrahentium, nec alterius eorum, aut alio sacerdote de Ordinarij, aut parochi licentia, vt bene probat Nauar. consil. 7. de clandest. despons. lib. 4. & consil. 1. de paroch. num. 2. lib. 3. vbi idem dicit de illo, qui causa pestis, seditionis, vel belli fugit a sua parochia primo quoque tempore, qui potuerit reuertitur: & procedit etiam in eo, qui causa comitandi Regem, vel fugiendi pestem, recreandranimum, vel agendi alia negotia, vel causa belli, manserit aliqua parte anni, vel etiam toto anno extra suam parochiam, quia non ideo definit esse sua, nisi manserit alibi animo transferendi domicilium suum illuc in perpetuum secundum eundem Nauar. consil. 1. de decim. num. 5. lib. 3. & priorem praecedentem sententiam Nauar. latissime comprobatur, & sequitur cum plurimorum responsis atque Rotae de ditione Menoch. consil. 398. per totum, volum. 4. & Enriquez in sua Summa sacrament. in secunda parte, titulo de matrimonio, cap. 3. numero 3. ibi: nec satis est, &c. & Emanuel Rodrig. in prima parte sua Summa, cap. 200. numero 7. ad fin. aliat. cap. 210. numero 7. Thom. Sanch. vbi supra, numero 9. pro qui communi doctrina est optimus text. in terminis quoad sepulturam, ea non electa, in cap. si quis de sepul. lib. 6.

Quarto, in propriis terminis nostrae quaestionis 8. deci.

decidit Navar. consil. 14. de clandest. despons. per totum lib. 4. late probans, non valere matrimonium eorum, qui volentes illud contrahere, & timentes incedere, & presumptiones non probent sui naturam, tamen in his, quae occulte fiunt, plenam probationem faciunt secundum plures DD. quos ibi citat, & praedicta refert, & sequitur Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumptione 3. num. 42. & 43. hic autem, vt ex supra dictis, & aliis constat, concurrunt plures coniecturae, & praesumptiones fraudis: ergo praesatum matrimonium fuit nullum.

Quinto, quia pupillus (prout erat vnus ex contrahentibus in proposito) sicut sepulchrum eligere non potest, nec parochiam mutare, vt in cap. licet quarto, de sepulch. lib. 6. ita nec sua voluntate potest domicilium constituere, quia non potest se obligare sine iure: licet possit recipere (hoc est) stando vbi habet maiorem partem facultatum suarum, ita Bart. in l. unica, numero 2. vbi per. iur. & in l. placet, numero 3. ad municip. & in l. prima, numero 7. ff. de iur. & iur. dat. abfert.

Sexto, quia licet contrahentes Hispali declarassent animum suum permanendi ibi perpetuo, & sic viderentur domicilium coaestuissse si id bona fide factum fuisset, multis tamen rationibus visum est id in fraudem veri, & originarij domicilij fecisse, ac proinde eis patrio iuri non debet, iuxta text. in cap. Sedes Apostolica de rescript. cum siml. fraus autem ex eo colligitur, quod cum essent originarij, & domicilij alterius Episcopatus, in quo habebant omnes facultates suas, domus principales antiquissimas maioras suae habitationis, iurisdictionem, oppida cum vasallis, & reliqua, insuper & matrem, ipsa pupilla reliquit haec omnia, & per vias inlicitas se contulerunt Hispali, & post tres menses celebrarunt inter se matrimonium coram Ordinario Hispali, & post annum reuersi sunt ad suam pristinam habitationem & domum. Item hoc fecerunt, ne, si in propria origine, & habitatione matrimonium contrahendum esset, denunciaretur, impediretur a matre puella, & aliis: omnia haec signa, & indicia sunt fraudis. Causa autem asserta, vt patrum viserent, & cum eo commemorarentur, non videtur concludens, nec praescripta saltem ad multum tempus, sed tantum gratia recreationis, animo scilicet quod matrimon. celebraretur Hispali, vel paulo post, quae est pars remotissima a sua origine, illuc reuertendi, quare etiam si tunc dicerent id animo perpetuo permanendi Hispali facere, retum ipsa in fraudem factum videtur, & color questus, cuius praetextu matrimonium palliarent, sic que similiter omnes confingerent parochiam, vt Decretum Concilij Trident. de proprij paroch. vt ahsistentia loquens defraudarent, quod esset absurdum.

Et in terminis, quod habitatio fraudulententer in praedictum parochi proprij, vel alterius parochi habitata in aliquo loco ad effectum acquirendi nouum parochum, non sufficit, tenet Navar. consil. 1. in fin. de decim. lib. 3. in noua suppressione, & Enriquez in sua Summa lib. 11. de matrimon. cap. 3. ibi, si autem vir & femina: facit Ledesma in addit. ad tertiam partem de matrimon. questione 43. articulo 5. pag. 198. quem refert, & sequitur Manuel Rodrig. vbi supra. in prima conclusione ad fin. vbi quod exteris accedens ad partes, vbi Concilium Trident. sess. 24. de reformatione matrimon. non est promulgatum vt contraheret matrimon. sine paroch. & testibus in fraudem l. solum gratia contrahendi matrimonium, tale matrimon. est nullum, quamuis alias si fieret absque fraude, esset validum.

Fraus autem, & dolus coniecturis, & indicij probatur, siquidem alias vere probati non potest vt in l. dolum, cum siml. C. de dol. late Mascard. de probat. primo tom. verbo dolum, conclusione 30. numero 1. & 2.

plures allegans, & num. 3. ait dolum probati praesumpeui, & non necessario, & num. 4. quod probatur per leuiore probationes, & num. 5. quod licet coniecturae, & praesumptiones non probent sui naturam, tamen in his, quae occulte fiunt, plenam probationem faciunt secundum plures DD. quos ibi citat, & praedicta refert, & sequitur Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumptione 3. num. 42. & 43. hic autem, vt ex supra dictis, & aliis constat, concurrunt plures coniecturae, & praesumptiones fraudis: ergo praesatum matrimonium fuit nullum.

His tamen omnibus non obstantibus rem matrimon. praed. validum fuisse, & esse atque omnino obseruandum, & ita ex factis decreuimus simul cum Episcopo Cauriens. qui mihi causam decidendam remisit ex rationibus & fundamentis sequentibus. Primo, ex doctrina Abbatis in cap. fin. in fin. de paroc. vbi docet, & probat, quod si habitator immediate declarat animum, quod vult habere domicilium sine expectatione alterius temporis, & quod hic animus ex coniecturis deprehenditur: vnde secundum quod coniecturae vrgent, requiritur maius, vel minus tempus, & quod in scholasticis requiritur tantum tempus, quia veniunt causa studendi, & non constituendi domicilium: quae ratio cessat in eo, qui ex toto deseruit primum domicilium, & cum omnibus rebus transfertur ad alium locum: nam si emit ibi possessiones, immediate praesumitur, quod vult constituere ibi domicilium, sed vbi non emit possessiones, sed stat in suspensio, dicitur tempus alle arbitrarium, vt secundum qualitatem temporis, & hominis iudex praesumat animum suum: omnia haec moderatur postea Abbas in fine: (& nunc ad rem) dicens vt supra, scilicet, & per hoc dico, si immediate iste declarat animum, quod vult habere domicilium, quod sine expectatione alterius temporis habebit domicilium, quam doctrinam Abbas ad litteram refert, & sequitur Aleiat. in l. Pupillus, §. meola, numero 3. ff. de verb. signific. & Andreas Gall. lib. 2. praet. obseruatione 31. numero 7. Segura Daualos in suo Director. iudic. Ecclesiast. 2. parte, cap. 15. numero 49. id iure probans, Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. ceteraria 1. casu 88. numero 2. ibi, nihilominus quamuis, &c. sic limitans superiora, prout fecit Abb. vbi supra: eandem etiam doctrinam refert, & sequitur Mascard. de probat. primo tom. verbo domicilium, conclusione 32. numero 3. & latissime Thom. Sanch. lib. 3. de matrimonio, disputatione 23. numero 11. per totam, vbi late probat cum aliis, quod vt vere aliquis dicatur parochianus, exigitur animum constituendi domicilium, ibique perpetuo permanendi: secus si habens domicilium in vno loco se transferat in alium non animo permanendi, sed ex causa limitata ad tempus, quae finita reductor est ad proprium, vt in casu d. cap. usque, de sepulch. in 6. supra citati, & in scholasticis causa studij diuertentibus ad vniuersitatem aliquam, & similibus: ibique etiam loquitur in terminis matrimonij celebrandi, & citat Rotam nouissimorum, & reliquos supra citatos, inquitque ibi numero 13. hanc sententiam esse probabilissimam.

Neque obstant iam ea, quae de modis probandi domicilium supra adduximus, nempe esse necessarium ad constituendum alibi domicilium, quod quis res suas cum familia detulerit, vel quod ibi remanserit decem annis, vel quod domum, aliasve possessiones immobiles ibi emerit, vt requirebant DD. supra citati in contrarium: hoc enim idem interpret-

verpretes verum esse intelligunt, quando nouus habitator animum suum non declarat, & sic in dubio, ceterum idem expresse limitant, vt non procedat, quando nouus habitator animum suum declarat dicens, se velle ibi habere domicilium, vel perpetuo manere, quia tunc absque expectatione alterius temporis habebit domicilium, vt constat ex Abb. & ceteris praecitatis: & probat latissime ex pluribus Thom. Sanch. vbi supra, numero 1. & 2. ex quibus constat hanc esse veram, & receptam sententiam.

Hoc autem in nostro casu, & questione contigit, quia vir, & femina statim, quod Hispali peruenerunt extrajudicialiter, & in iudicio cum iuramento affirmarunt, & protestati sunt declarando animum suum verbis expressis se viuere, & residere Hispali velle, vt constat ex actis: quod sufficit, quia est super dependentibus ab animo suo, quamuis alia probatio non adesset, vt in terminis cum aliis docet Menoch. vbi supra, numero 8. ergo matrimon. fuit, & est validum.

Quia in dubio bona fides praesumitur in proposito, vt in terminis tenet Navar. consil. primo, de paroc. numero 3. lib. 3. dum dicit, quod videtur sufficere habitatio cum bona fide, & sine fraude suscepta in aliquo loco, vnde non potest commode reuertere ad sumenda sacramenta in loco parochiae, vnde habebat domicilium, & Segura Daualos vbi supra, in secunda parte su. D. in eccl. iud. Ecclesi. cap. 15. num. 48. ibi, nisi animo illic commemorandi se transferant: & numero 50. dicens.

Quod si matrimonium inter duos alienigenas contrahendum venit, qui tamen sunt cogniti, quod non sunt comprehensi inter vagabundos, proprius eorum parochus esse intelligitur, in cuius parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimon. contrahitur, vt ab Illustrissimis Cardinalibus Congregationis Concilij declaratum est, & quamuis eam declarationem ibi non inserat, nec authenticam habeamus, sufficit id esse iuri conforme, vt patet ex supra dictis, & infra dicendis, & tenet etiam Azeued. in l. prima, numero 6. titulo 4. lib. 7. noua collect. Reg.

Dicens, quod imo ex dictis ill. idem iudicaret in eo, qui matrimonium in loco contrahit animo ibidem permanendi, cum ex dictis iuribus per matrimonium contractum ciuitatis acquiratur, & tenet etiam Manuel Rodrig. in prima parte sua Summa, cap. 200. alias 216. conclusione 3. numero 8. ibi, non si se van con animo depermaneser, pueden ser casados por el parrocho de aquella tierra adonde de nuevo van a morar, & Enriquez vbi supra, dict. lib. 11. de matrimonio, cap. 3. numero 3. ibi, solus enim dicitur illorum parochus, &c. & iterum ibi in glossa littera X.

Secundo principaliter eadem pars comprobatur a fortiori ex alia secunda benigniori, & veriori sententia, quae habet, acquiri parochiam ratione habitationis, quando ea breuis temporis non est, sed in id oppidum se aliquis recepit causa alicuius negotij expediendi, vt eo expedito ad proprium domicilium redeat, vt acquiritur Scholastici in loco studij, famuli, & mercenarij non ad breue tempus locantes operas in domo heri, & ij, qui causa pestis, aut belli aliquo confugunt, & hac sententia est contra priorem supra relatum in secundo membro distinctionis, in primo superiori fundamento, & probatur haec secunda, quia is dicitur proprius parochus ad coniungendos aliquos matrimonio, & alij sacerdoti licentiam concedendi ad matrimon. celebrandum, qui ex cap. omnis viri-

qua factus, de penit. & remiss. appellatur proprius sacerdos ad audiendas confessiones, & standam alteri sacerdoti audiendi licentiam, vt patet ex eo text. & text. Concilij sess. 24. cap. primo, in Decret. de reformatione, & docent Spino in suo Specul. Testament. glossa 15. numero 38. Peira. de Ledesma de matrimonio, questione 43. articulo 5. pariter, dubio 3. conclus. 1. & 2. sel. 191. cum sequenti, & Thom. Sanch. d. disputatione 23. numero 10. sed in d. cap. omnis viri, & ceteris, appellatur proprius sacerdos ad audiendas confessiones habens curam parochiae, in qua aliquis per maiorem partem anni habitat, vt docent Angel. in summa, verbo domicilium vnic. ad fin. & ibi Syluest. numero 2. idem Angel. verbo parochia, in fin. & ibi Syluest. in fin. & Tabien. ibi, questione 2. numero 3. Innoc. & alij in d. cap. omnis, numero 6. nempe Ioan. Andr. numero 13. Argon. de Butr. numero 33. Card. num. 6. Anchar. numero 9. dicens, illum dici proprium sacerdotem Scholasticorum, & mercenariorum, in cuius parochia per annum habitant: ergo similiter is erit proprius parochus pro matrimonio, neque ad id, scilicet confessiones audiendas, requiritur animus perpetuo ibi habitandi, eandem sententiam secundam huius secundi fundamenti latissime alij fundamentis, & quampluribus Authoribus comprobata, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 12. per totum, concludentibus, illum dici parochianum, qui habitat in parochia animo manendi, licet non animo domicilium constituendi, secus quando causa recreationis, vel turba exercendi, vt in d. cap. 15. qui de sepulch. lib. 6. vnde dicunt esse parochianum loci belli verisimiliter duratur, quia tunc accedit animo commemorandi: secus si per transiunt exercitibus transeuntis se ad ciuitatem contulerit, insuper & pro scholasticis, & mercenariis, & aliis sufficere licentiam parochi parochiae, quam inhabitant, nisi sint causa recreationis, vel alia statim redituri ad propriam parochiam.

Et in causa matrimonij idem conuenerunt, & 20 tenent quamplures alij Authores, quos ibi congerit, nempe parochiam propriam praesumit, & dicit sub cuius parochiali Ecclesia contrahere volentes habitant toto anno, vel maiori anni parte, non vno si ruti, aliove loco recreationis causa aliquot diebus, vel mensibus habitent redituri deinde ad solitum domicilium: & hanc probat tanquam veriorum Sanch. vbi supra, numero 13. dorum namque si ibi videtur, vt scholastici, & alij, qui maiori anni parte imo & multis annis in aliqua diocesi habitant, non possint ibi matrimonio coniungi: ergo cum d. contrahentes animo per manendi Hispali se contulerint, a fortiori poterunt ibidem matrimonium valide contrahere coram Ordinario illius loci: vt probat ibidem idem Author numero 14. inferens ex supra dictis non opus esse expectare, vt maiori anni parte in parochia, vel diocesi habitauerint, sed statim ac animum habitandi maiori anni parte habentes, incipiunt habitare, effici parochianos, & posse omnia supra dicta erga illos exerceri, vt tenent Cardinal. in Clementina 1. de privileg. questione 16. Rebuff. in rep. cap. extirpanda, §. qui vero de praebend. versicul. contrariam opinio. folio 285. Syluest. in Summa, verbo domicilium numero 2. Tabico. verbo excommunicatio §. causa 11. questione 3. numero 5. vnde si quis habeat animum habitandi maiori anni parte in oppido, cum iam respectu illius efficiatur parochianus, licet eo tempore varias mutet parochias, & ita in nulla habeat animum habitandi, tempore requisito recipere poterit sacramenta omnia ab eo parochio, cui actu tunc subijgitur, quia non habet aliam in eo oppido, ita Sanch.

ubi supra numero 14. ad fin. ubi numerus sequentibus alia inferit.

21 Tertio, & principaliter eadem pars affirmativa ex eo comprobatur, quod dicti contrahentes post annum matrimonij contracti inter eos reuersi sunt in propriam patriam originariam, ibique in sua patriam, & antiqua parochia cum licentia sui proprii parochi, ipsoque presente ab alio sacerdote velationes, & benedictiones nuptiales receperunt, seruatim solemniter in forma Ecclesie consueta, dicente sponso ad fores Ecclesie coram parochio, & testibus, sponsa hunc anulum, & has arras tibi dono in signum matrimonij: & ipsa: ego recipio: ex quibus videtur induci, & celebrari matrimonium de nouo, quatenus hoc fieri necessarium fuisset per illum actum subarrationis, & immisionis anuli iuxta predicti verba, & illis parochi: benedic coniuges istos, &c. iuxta text. in cap. si quis uxorem 27. questione 2. & in cap. noster, & in cap. femina 30. questione 2. & in cap. illud de presump. & ibi glossa verbo anulos, cap. senior, de re iud. in c. glossa subarrasset: & in terminis de subarratione facta in Ecclesia presente sacerdote cum solitis benedictionibus, & orationibus, idem voluit glossa verbo anulus, in cap. summa, & ibi Archid. numero 2. Hostiens. in cap. fin. de desponsat. impub. in princip. in versio. si vero persona 3. Ioan. Andr. in versio. in glossa prima, Anton. de Butrio numero 8. in versio. simul disponit: & Prapof. numero 4. Lapis allegatione 50. numero 15. cum preced. Menoch. de presump. lib. 3. de presump. 2. numero 7. quod verum intelligit C. Couar. de sponsal. secunda parte. cap. 4. in princip. numero 3. ubi ab alteris contrahentibus precesserunt verba coniugio apta, & sequuta est subarratio, vel quando consuetudine inductum, ut in matrimonio anulus daretur certa signatus forma, secundum communem opinionem, quam refert: & inquit Gigas consil. 38. numero 7. quod ex quo mulier passa est se desponsari per anulum immisionem matrimonium tenet.

22 Quia secundum magis communem opin. Modernorum in cap. ius de sponsal. & alibi, verba non sunt de substantia matrimonij, quam etiam communem proficitur plures allegans Couar. ubi supra, numero primo, concludens ad essentiam matrimonij exigi exteriora signa cum sit sacramentum, & est communis prefata prima communis sententia, ut plures referens testatur eam sequutus Quintilian. Mandof. in addit. ad Lapium, allegatione 50. numero 17. littera T. & quamvis Gigas ubi supra, numero 19. refert Innocent. in d. cap. tua per text. ibi tenentem contrarium, imo quod quantum ad Ecclesiam, verba sint de substantia matrimonij, & quod hanc esse effectualiter communis opinio: addit tamen ita esse distinguendum cum Ioann. Andr. in d. cap. tua, quod aut precessit tractatus de matrimonio contrahendo, & tunc vera sit opinio prima Hostiens. tenentis, quod verba non sunt de substantia matrimonij in valentibus loqui: aut non precessit tractatus. & tunc vera sit opinio Innocentii tamen non probat hoc tertium fundamentum predictam partem affirmatiuam, dum eo intenditur probari, quod si non valuit predictum primum matrimonium, contractum fuit aliud secundum sufficienter per dictas velationes, & benedictiones nuptiales, ex sequentibus.

Primo, quia actus agentium non debet operari ultra eorum intentionem. I. non omnia cum similibus. si cert. per. sed sic est, quod tempore velationum, & benedictionum nuptialium predicti coniuges animum non habuerunt de nouo contrahendi, nec signa, aut verba, nec mutus consensus exterior adfuit. hoc significancia, sed tantum solennizandi primum ma-

trium iam contractum Hispani, benedictionesque nuptiales eius recipiendi, & non ultra, nec amplius: ergo non potuit prater intentionem partium aliud matrimonium de nouo induci, aut celebrari. sed tantum solennizatio precedentis: si ergo illud fuit nullum, aliud non remanet de nouo celebratum.

Secundo, quia anuli donatio atque arrarum facta ab sponso sponse in signum matrimonij & responsio eius asserentis, sic recipio, & benedictiones, & monitiones facta a parochio coniugibus tempore velationis sunt in ordine ad matrimonium iam celebratum verbis de presenti, supposito quod recte sit celebratum, ut patet, quia sponso hoc nomine vocat sponsam antequam ei donet anulum, & arras.

Tertio, quia eadem forma, & solennitate orationum, & benedictionum vultur Ecclesia erga omnes coniuges: ergo si in matrimonij validis diceremus, quod per velationes, & benedictiones nuptiales nouum matrimonium de presenti celebratur, sequeretur inde, quod reiteratur sacramentum matrimonij absque ulla necessitate, quod esset absurdum, & omni iuri contrarium.

Quid igitur respondebimus communi opin. Doctorum huius tertij fundamenti, quae habet induci matrimonium per immisionem anuli iuxta fores Ecclesie presente parochio non enim docemus eam non esse veram, liquidem illam omnes sequuntur cum declarationibus supradictis.

Dico communem eam sententiam in se veram esse: intelligendam tamen fore eo casu, quo non precessisset matrim. de presenti, sed tractatus de matrimonio contrahendo, posteaque preteritum celebrari de presenti: tunc namque per immisionem, vel traditionem anuli, & subarrationem factam ab sponso sponse recipienti, vel digitum extendenti, inducitur matrimonium de presenti, precipue ad fores Ecclesie, & coram sacerdote, ad quem locum in quam pluribus locis pergunt desponsaturus vir, & femina iuxta morem patrie: non tamen inquit predicti, communis sententia, quod celebrato prius valide matrimonio inducatur postea aliud per velationes, & benedictiones Ecclesie, quia hoc esset absurdum: quod autem hoc modo debeat intelligi prefata communis sententia, praterquam quod hoc iuri, & rationi congruit, constat ex mente eam tenentium, & precipueque ex Antonio de Butrio in cap. fin. de desponsatione impub. sub numero 7. in versio. si nihil disponi, ibi: aut sic in apparato ad matrimonium, & presente sacerdote, & ad fores Ecclesie, & presumitur matrimonium, ut hic, & in terminis ita declarat hanc materiam Lapius, allegatione 50. numero 17. dicens verum esse in predicti, specie ipso facto sine verbis matrimonium non contrahi, nullo precedente tractatu inter huiusmodi contrahentes de matrimonio contrahendo: sed quando factum preedit aliquis tractatus, vel verba de matrimonio contrahendo, postea ipsum factum vel signum aptum ad matrimonium subarratio sufficit ad matrimonium contrahendum, & presumitur pro matrimonio comprobatur per tale signum, vel factum, & illa tractatus, siue verba illius tractatus trahuntur ad signum, vel factum, & ibi eius Addit. Quintilian. Mandof. littera Z, inquit, quod hanc esse pulcherrima distinctio, per quam concordantur opinionones omnium, & refert plures alios Auctores ad eam recurrentes, & sequentes, & constat etiam hanc distinctio ex concordia supra assignata inter illas duas communes opinionones couariarum supra relatas circa illam questione.

tionem, an verba sint necessaria ad contrahendum matrimonium?

Ceterum licet illa communis prefata sententia principalis adducta pro hac parte non faciat pro ea, nec dicendum sit, matrimonium nouum de presenti contrahi per velationes, & benedictiones Ecclesie, quando aliud validum precessit: nihilominus tamen alio modo formari potest questio, ex cuius resolutione nimis faueatur matrimonio prefato Hispani contracto inter dictos litigantes, dato quod validum illud non fuisset, nempe ita.

24 An matrimonium contractum in minori etate, donatione anuli, vel subarratione facta post maiorem etatem, confirmetur?

In qua questione Anton. de Butrio in cap. fin. de desponsatione impub. numer. 8. statim in initio eam expresse tangens in numero nouo, sic distinguit: nempe, quod quandoque est dubium, an subarratio confirmet matrimonium in minori etate contractum, & tunc, aut superuenit subarratio per immisionem anuli, & sine dubio ratificat, aut sic subarratio per alias donationes, & munuscula, & tunc dicit hic Hostiens. & quidam, quod non: sed hoc potest esse verum, quando sponsalia sunt de futuro, alias si mittitur ad domum post maiorem etatem matrimonium contracto in minori, & dat munuscula, ratificatur matrimonium: & tandem se remittit ad Lapium ubi supra, ex quo & ipsius Additionatore jam resoluimus, quod si precessit tractatus de matrimonio contrahendo, subarratio inducit matrimonium de presenti: sed sic est, quod in nostro casu precessit tractatus, imo sponsalia de futuro valida: & subsequutum fuit postea eorum matrimonium per verba de presenti contractum: & post annum predicti benedictiones nuptiales cum traditione anuli, & arrarum in signum matrimonij ad effectum solennizandi, & confirmandi illa sponsalia de futuro, & simul matrimonium precedentis, & fuerunt producta literis testimonialibus coram parochio, & testibus de prad sponsalibus, & matrimonio precedentibus ad ea solennizanda, & confirmandas, ergo per hanc proculdubio ratificatum, & solennizatum fuit precedentis matrimonium cum solennitate debita, seruata forma Concilij Tridentini, sicuti saltem per viam ratificationis validum est prefatum matrimonium, & sponsalia de futuro precedentia transferunt in matrimonium per subarrationem prad. cum hac fuerit intentio agentium, hoc est solennizandi precedentia circa matrimonij materiam, & permanenti in ipso.

At quis dubitat, quod si prefatum matrim. precedentis, quamuis alias inualidum fuisset, postea adueniente etate, vel pubertate ex profecto verbis raturam haberi coram parochio, & testibus: ergo a fortiori verbis, & facto.

25 Quia voluntas plus declarat facto, quam verbis, I. si tamen, §. si quis, ff. de Edict. edict. l. de quibus, ff. de legib.

26 Et ita nihil interest in proposito, an factum, aut verbis quis delecter voluntatem suam, cap. 1. §. 3. distinctione, glossa in cap. fin. verbo subarrasset, de desponsat. impub. & in cap. penult. de regul. verbo non se uidentur, & ibi DD. & quod huiusmodi matrim. in specie, de quibus agimus, contractum ab impubere confirmetur interueniente anulo post pubertatem, tenet expresse Prapof. in d. cap. fin. sub numero 4. ibi, aut inter impuberes: sed hanc velationes, & benedictiones anuli que datio, & subarratio fuerunt facte in duodecimo anno d. puellae, cum ipsa peruenerit jam ad pubertatem: ergo habemus intentum.

27 Deinde pro eadem parte adduco Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 7. in versio. olim sponsalia,

ubi tenet, quod sponsalia impuberum verbis de presenti contracta transeunt in matrimonium de presenti, si traditio nunc post concilium fuerit, solenniter coram parochio, & testibus, aduertentibus id fieri cum intentione contrahendi, quod verissimum videtur ex omnibus proximis dictis: sed hoc ad literam contigit in proposito, quia prad velationes, & benedictiones, & sic traditio solenniter coram parochio, & testibus cum intentione solennizandi precedentis matrim. & permanenti in eo, atque ad effectum perducendi precedentia sponsalia in executionem matrimonij, ut constat, quia omnia acta prad fuerunt tunc exhibita parochio, & testibus, ut patet ex processu ergo dato, quod matrim. precedentis fuisset nullum, tanquam ratificatum solenniter per traditionem prad. debet validum reputari. Nec obstat, si obijciatur, quod tunc temporis d. puella adhuc erat impubes, & ita deficiente etate legitima ad contrahendum matrim. de presenti, nullo modo ante etatem legitimam potuit induci, aut presumi, vel ratificari aut confirmari precedentis matrim. nullum ob defectum etatis Respondemus namque, quod & ipsa puella tempore velationis, & benedictionum nuptialium nondum adimpletisset etatem duodecim annorum, cum tamen esset consuetuta in duodecimo anno, nihilominus peruenerat jam ad pubertatem per prudentiam, & aptitudinem ad copulam, ut constat ex processu, & ex infra latius dicendis, imo per annum integrum vitam maritalem egerat cum suo marito in eadem domo, & lecto, & sic fuit validum matrim. per ratificationem legitimam.

Quarto, principaliter eadem pars affirmativa in fauorem matrimonij ex eo comprobatur, quia valde durum esset annullare matrimonium celebratum facie Ecclesie virtute dispensationis Summi Pontificis (de cuius potestate ad dispensandum inter consanguineos, etiam inter patrum, & septem ex fratre ad contrahendum matrimonium, dubitari non potest) & verificatis precibus a iudice exequutore, cui fuit commissum a sede Apostolica, & pro talibus veris ab ipso declaratis, & pronuntiatis, ac proinde declarato gaudere debere impetrantes prad. dispensationem, eiusque licentia concessa ad contrahenda sponsalia de futuro statim, & matrimonium de presenti cum ipsa puella peruenerit ad etatem perfectam, quae est pubertatis (cuius meminit Paps in prad. dispensatione) & remissa Ordinario contrahentium declaratione super prudentia, & aptitudine ad contrahendum de presenti statim matrim. quibus stantibus cum contrahentes se contulerint Hispaniam ad ibi habitandum animo illi residendi, & permanenti, & Ordinarius illius ciuitatis Ecclesie requisitus per contrahentes cum supradictis documentis diligentias necessarias super d. prudentia, & aptitudine puellae ad matrimonium celebrandum fecerit cum pluribus obstrictibus ex quarum inspectione puellae, & eius dispositionibus cum iuramento in iudicio consiuit sufficienter de eius prudentia, & aptitudine, & virtute earum licentiam concessit ad contrahendum statim matrim. de presenti, quos ipse iudex Ordinarius Ecclesie Hispanens. coram testibus in matrim. coniunxit, & ipsi simul cohabitauerunt ut coniuges, & copulam carnalem inter eos saepe habita per tempus vnius anni continui, & plus Hispani, & postea comitendo in patriam, & in propria antiqua parochia recipiendo velationes, & benedictiones Ecclesie cum licentia sui proprii parochi ut tales coniuges, & postea multis annis eodem modo cohabitauerint his omnibus simul iunctis profecto indignum, & con-

era omnem jurisprudentiam esset, imo quasi temerarium, iudicare nullum fuisse praefatum matrimonium.

28 Ex cohabitatione namque coniugum longo tempore habita magna praesumptio resultat in fauorem matrimonij, vt in ca. in luteri 24. ibi: cum eam in domino per septennium tenuisset, de testib. per quem. tex. ita tenet Gigas consil. 29. sub numero 25. ibi: cum ille vir, &c. & dixerint vnanimiter Abb. Anton. de Butrio, Imol. Felin. in cap. illud de praesumpti. & alios referens Mascard. de probat. 2. tom. conclusione 1024. numero 1. vbi numerus sequentibus, refert opin. Alciat. & aliorum contrariam eamque limitat pluribus modis huic proposito conuenientibus; nempe primo, vt praeterea contraria sententia non procedat, quando praecederit verbum de futuro, & promissio de contrahendo, quia tunc per huiusmodi actus praesumeretur matrimonium esse consummatum, vt tenent DD. quos ibi ad hoc citat num. 3.

Secundo non procedit concurrentibus aliis simul coniecturis pro matrimonio, quoniam tunc praesumitur, iuxta sententiam Dec. consil. 163. sub numero 2. vt sic, accedit etiam copula, quem refert Mascard. vbi supra, numero 7. sed & aliis etiam modis limitat de quibus ibi per eum, qui propositum nostrum non attingunt, at quamuis longa cohabitatio hodie attempto Sancto Concilio Trident. ad matrimonium non sufficeret, cum iam cessauerint matrimonia praesumpta, ceterum cum hic fuerit seruata forma eiusdem Concilij, & simul coniuges vt tales longo tempore cohabitauerint, ex hoc protus tollitur obiectio contraria, & matrimonium firmum iudicandum est, nec quisquam Ordinarius poterit praed. omnia infringere, nullaque esse declarare, cum autoritate Apostolica, eiusque iudicis delegati exequutoris gratia dispensationis sint facta declarata, & pronuntiata.

29 Cum Delegatus a Papa in causa sibi commissa maior sit quocunque Ordinario, & etiam Legato a latere, cap. studuisti de officio Delegati, & ibi glossa, & DD. cap. sane, el. segundo, de officio Delegati. & cum sit Principis Delegatus, solus ipse Princeps, vel is, cui Princeps delegauerit, nullitates, & gesta illius reuocabit, si aduersus eum, si aduersus rem iudicat, l. minor in fin. ff. de minor. tradit Aymon consil. 48. nec etiam incidenter potest iudex Ordinarius de nullitate sententiae a Delegato Principis praeterea cognoscere, nisi adeo notoria, & potens sit nullitas, vt constat ex actis, & processu eiusdem iudicis delegati, quia tunc ea habita pro nulla, de nouo super negotio cognoscendum esset, cap. fraternitatis de frequi. & malefic. cap. cum Bertoldus de re iudic. Vantius de nullitate sententiae, v. coram quo nullitas, numero 13. & coadiuuatur haec consideratio ex adductis per me allegatione prima juris, num. 26. & 27. nulla ergo sunt partes Ordinarij in hac causa ad cognoscendum de facultate Papae ad dispensandum concessa, neque de iniustitia, & nullitate actuum dispensationis, quibus matrimonium istud fuit celebratum, nec principaliter, nec incidenter, cum nulla nullitas ex actis appareat: quinimo gesta valida esse censenda sunt, vt patet ex supra fundatis.

30 Praemaxime, quod quando aliquod dubium probabile exortum fuisset super valore huiusmodi matrimonij, in dubio pro matrimonio esset iudicandum, cap. fin. & ibi DD. de sententia, & re iudic. cap. ex literis iuncta glossa, verbo in liberali, de probat. & inquit Abb. in cap. fin. de desponsat. impub. in fin. quod in dubio semper est iudicandum pro matrimonio, quem refert, & sequitur Gigas, consil. 37. numero 29. & alios allegans idem Gigas consil. 35. numero 12. &

Ferretus consil. 48. num. 4. Tolerabilis enim est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare, tex. est expressus in cap. licet ex quadam 47. in fin. de testib. quia scriptum est, quod Deus coniuncti, homo non separaret, & ideo iudicando pro matrimonio est tutior pars animae litigantium; vt per Gigant. consil. 32. num. 33.

Hinc est, vt licet alias regulariter a communi opinione non sit recedendum, sed iuxta illam iudicandum, vt voluit Ioan. And. & omnes in cap. 1. de consil. tex. in cap. nouimus de verb. signific. & alij sapissime: nihilominus in causa matrimoniali opinio vnius Doctoris grauis, vel opinioni minoris partis stans pro matrimonio, praevalet, atque illi statuta contra comunem opinionem, secundum Hostiens. in cap. si vir de cognat. spiritual. quem exclamat Abb. ibi, numero tertio, & sequuntur plures DD. quos refert, & sequitur Gigas 4. consil. 33. num. 19. & consil. 37. numero 32. & 33. vbi inuis. 34. limitat nu. comunis opinio habet etiam expressum pro se, & vt rimumque cum aliis probat etiam ex d. cap. licet ex quadam, Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 1. disputatione 18. numero septimo vbi refert Alexand. de Neuo numero tertio, & Praepos. numero secundo, in d. cap. si vir, hoc verum optime intelligentes dummodo opinio illa singularis probabili ratione innitatur. His recte constitutus, reliquum est vt satisfaciamus fundamentis prioris partis negatiuae, quibus, vt manifeste vides iam sufficienter responsum est ex fundamentis secunda partis, & sic affirmatiua, quae hic iterum memoriae sunt recolenda, vt facile intelligas illa nihil obflare, & ita remanet satisfactum tribus primis fundamentis contrariis.

Non obstat quatum de opinione Nauar. consil. 14. de clandest. desponsatione per totum lib. quarto, late probantis non valere matrimonium eorum, qui volentes illud contrahere, & timentes impedimentum sibi faciendum in ciuitate, cuius erant incolae, abierunt in aliam ciuitatem longe ab illa sitam, in qua post aliquos dies de licentia Ordinarij praed. ciuitatis, cuius erant incolae, contraxerunt matrimonium: ergo multo minus valebit contrahendo matrimonium in praed. specie sine licentia Iudicis Ordinarij illius loci, vbi antea debebant, & erant incolae.

Quia primo respondemus, quod ad fin. d. consilij Nauarri adest additio noua eiusdem Auctoris, vbi dicitur concludi posse contrarium, prout etiam contrariam sententiam tenent Director, Iudic. Ecclesiastic. in secunda parte, cap. 13. numero 49. & cum eo, & cum Salzed. contra Nauar. Emanuel Rodriguez vbi supra, nempe in sua summa primo tomo, cap. 200. conclus. sexta, numero septimo. & experientia ac praxis communis huius Regni ita obtinuit, & obseruatur quotidie, vt domicilij alterius Episcopatus cum licentia sui Ordinarij extra suam diocesim matrimonium contrahant, & tamen procul dubio sunt valida eorum matrimonia.

Secundo dicimus, Nauar. vbi supra, non loqui, quando contrahentes matrimonium extra suum domicilium, domicilium nouum constituerant, prius absque fraude tamen in loco, vbi contraxerunt, vt in proposito contingit, tunc enim ad illic contrahendum matrimonium non est necessaria licentia sui prioris ordinarij, sed sufficit licentia Ordinarij, vbi contraxerunt nouum domicilium, & matrimonium, vt supra probauimus, siquidem is est suus parochus.

Non obest etiam quantum fundamentum, quia non est firmum: licet enim pupillus non possit eligere

eligere sepulturam, vt in ca. licet de sepul. lib. 6. & ibi DD. nec etiam verbis domicilium constituere, quia non potest se obligare: actamen puella praed. constituendo domicilium Hispali, prout expresse declarauit se velle ibi residere, & permanere, nemini se ex hoc obligauit, ad subeunda munera, vel onera, ciuitatis. Praeterea, erat proxima pubertati, dolique capax, & prudens, vt constat ex processu, & infra dicemus: ergo potuit contrahere, & contrahendo se obligare saltem naturaliter, quando in aliquo oporteret eam remanere obligatam, vt in l. ff. de act. & oblig. Decius in l. Pupillus, & in l. negotus, ff. de reg. iur. Nauar. consil. 4. num. 11. de desponsatione em. pub. lib. 4. tandem autoritate tutoris domicilium, & incolatum ibi contraxit, vt constat ex processu, ergo potuit obligari praed. domicilium, vt etiam probat Nauar. vbi supra, & sic cessat ratio Bart. & ceterorum in contrarium supra citatorum.

Sextum fundamentum contrarium de fraude, & constitutionis domicilij Hispali factae ad effectum contrahendi matrimonium, ibidem, ex eo diluitur, quod nulla fraus fuit articulata nec probata circa hoc, nec coniecturae fraudis supra expense sufficientes, nec concludentes praed. quia possunt licetum continere, & sic fraus non praesumitur, nisi probetur.

35 Licetum namque est impetrare dispensationem a Summo Pontifice ad contrahendum matrimonium inter consanguineos, & affines, nec in Republica Christiana vltimissimum, & praeteritum iustum fuit in proposito, vt familia, & domus d. puellae in viro eiusdem familiae conseruaretur, & in extraneum non transiret, & ne memoria extingueretur, & vt licet inter contrahentes more, vel mouende successione domus, & bonorum parentum finirentur, & sic pro modo pacis iuxta tex. in ca. secundo de desponsat. impub. qui tex. procedit tam in coniunctione matrimonij, quam sponsalium, vt cum glossa ibi, & Abb. probat Nauar. consil. 4. num. 10. de desponsat. impub. lib. 4.

Licetum quoque fuit d. puellam deferre Hispali ordine, & mandato patri sui, quia erat tutor, eius, & quia non bene educabatur in loco, vbi erat posita per d. suum tutorem in patria, & quia crescebat iam aetate, & libertate vtebatur, ideo eius tutor iussit eam ad se adduci ad obuiandum inconuenientibus quam plurimis, vt constat ex epistola missua d. tutoris ad hoc destinata, & missa, & depositione testium in processu examinatorum, hoc autem licitum fuit, & decent, imo maxime conueniens: eodem modo responderetur ad ceteras coniecturas supra adductas, facili namque negotio diluuntur.

36 Ad illud de breuitate temporis ex quo fraus praesumitur iuxta plurimos Auctores, quos congerit Tiraquel. de viros, retract. in l. primo, §. i. glossa prima, numero 77. respondemus, contrahentes praed. non breui tempore reuertisse in patriam, sed longo transacto, nempe vnius anni, & plus, postquam Hispali contraxerunt matrimonium, simul ibi cohabitando, vt coniuges, & hoc ex noua causa superueniente iusta, & vera, non autem ficta nec affectata, vt constat ex processu, siquidem nulla fraus in hoc intercessit, iuxta doctrinam Bartol. communiter receptam l. cetera, §. sed si separauerit, numero tertio, ff. delegat. primo.

37 Vbi decidit, quod si stante statuto, quod nullus emat frumentum in platea nisi pro suo victu, quis emerit frumentum pro suo victu totius anni, & postea mutato proposito recedat, & vendat praed. frumentum, non puniatur, quia primum propositum fuit licitum, & bonum, quando de eo constat: quam doctrinam sequitur Paul. de Castro, in l. secundo

da, in principio, numero 9. ff. de viros, per. & Tiraquel. alios referens de retract. in praesentibus, numero 77. Auendasti, respons. 33. numero 3. & lato Aniles bene inferens ex hac doctrina ad casum quotidianum in ca. 12. Praetor in glossa an laterra, num. 11. & alij plures, Propositum autem contrahentium in proposito viuendi, & permanendi Hispali constat, & probatur in processu, ergo nulla fraus considerari potest secundum allegata, & probata.

Similiter non fuit fraus, nec illicitum remittere monitiones ad praed. matrimonium contrahendum, siquidem hoc iusta causa probata fuit factum iuxta formam Concilij quia probabilis erat suspicio, quod si monitiones praed. fierent ante celebrationem matrimonij, ipsum malitiose impediretur, vt ergo remedio iuris atque Concilij permissione non est fraus.

Dolus namque & fraus regulariter non praesumitur, & qui aliud dixerit debet id probare, alias non obtinebit, vt plures allegans late probat Mascard. de probat. primo tom. verbo dolus, conclusione 331. num. primo, cum sequentibus usque ad numerum 9. inclusive, & in fraude idem Mascard. secundo tom. verbo fraudem non praesumitur, conclusione 814. numero quinto, vbi numer. 4. late probat, non sufficere allegare fraudem in genere, nisi ipsa speciatim deducatur, & probetur, & Menoch. lib. 6. praesumptione 78. num. 3. & lib. 4. praesumptione 82. n. 10. vbi quod fraus neque in habitu, neque in potentia praesumitur.

Et non obstat, quod superius tradidit dicens, quod dolus & fraus probatur indicis, & coniecturis, atque praesumptionibus, quia primo respondemus, hoc non procedere in casibus in quibus requiritur dolus ad hoc, vt quis incidat in aliquam penam, nam tunc talis dolus debet esse euident, vt cum communi opinione resoluti idem Mascard. conclusione 330. numero sexto. Secundo respondemus, quod procedit quando praedicti coniecture, & indicia sunt perspicua, vt esse debent, id est, vt non possint accipi nisi in malam partem, vt resoluti cum aliis idem Mascard. d. conclusione 330. numero septimo, octauo, & nono, vbi quod manifestissimis indicibus debet dolus probari: & numero decimo, quod quae sint indicia perspicua, ius non declarat, & quod iudico iudicis arbitrio statuit: sed sic est, quod indicia, & coniecturae fraudis, de quibus supra, non solum non probantur, sed etiam sunt actus, qui in bonum, & non in malam partem accipi possunt, vt praediximus, ergo fraus praesumi non potest. Praeterea, quamuis fraus probata fuisset, quod negamus, remanebat in fauorem matrimonij ratificatio, & confirmatio ipsius post annum facta coram parochia, & testibus per relationes, & benedictiones nuptiales Auriens. & cum his satisfactum est sufficienter fundamentis supra adductis contra matrimonium.

Sed quia Aduocati puellae venientes contra matrimonium lex dubia mouerunt contra ipsum, eaque decidunt in fauorem suae partis, opere pretium duxi ostendere eorum decisiones veras minime esse.

Prima est, quod dispensatio praedicti Apostolica, in primo, & secundo gradu consanguinitatis non fuit valida, iuxta Decretum Concilij Tridentini, quod de hoc agit: & in hoc, solum affirmo, melius fecisse eos si hoc dubium non proponerent: quia dubitari minime potest de potestate Papae circa hoc, quinimo est crimen sacrilegium attendere, siquidem constat, & planum est Papam posse ac potuisse dispensare iustis ex causis in praed. gradibus, prout fecit, & sedes Apostolica idem facere consuevit saepe ac sapius in similibus gradibus, etiam

in personis inferioris conditionis præd. contrahentibus.

41. Secundum dubium est, an Prouisores sede vacante Episcopati Tudent. quibus fuit commissa præd. dispensatio habuerint jurisdictionem virtute prædict. commissionis ad dispensandum cum dictis contrahentibus: in quo præd. Aduocati negatiue se habent, sed re vera falluntur proculdubio, cum eis fuerit commissa dispensatio per sedem Apostolicam precibus verificatis, prout coram eis fuerunt verificata.

42. Tunc autem prædict. dubium esset alicuius momenti, quando dispensatio commissa foret officiali Episcopi Tudent. quo casu duz sunt opiniones contrariæ, vtrum Prouisores, vel Vicarij Capituli sede vacante possint eam dispensationem expedire? quidam enim Authores tenent partem negatiuam, quia in Capitulum sede vacante non transit nisi iurisdictio ordinaria Episcopi, non vero specialis, & delegata, quam Papa committit Episcopo, vel eius officiali ad dispensandum, vel ad aliam rem expediendam: alij vero partem affirmatiuam in hoc defendunt, & quod magis est hæc secunda in praxi obseruatur in aliquibus Episcopatibus, prior vero, & sic negatiua in alijs. Sed quia hic non est noster casus, cum omittimus nunc: ceterum quando facultas, & commissio Pape conceditur absolute officiali Ciuitaten. Salmantin. Placent, &c. Proculdubio comprehendit directe, & proprie ex officij, & significationis officiale illius loci exercentem officium Prouisoris, vel Vicarij siue sit Episcopi, siue Capituli sede vacantes, siquidem quilibet eorum est officialis illius, & ita receptum est in praxi in his Regnis in similibus casibus, vt sapissime obseruati cum essem officialis Ciuitaten sede vacante, & obseruatum ab alijs vidimus proculdubio: de qua re late agit Thom. Sanch. lib. 8. de dispensat. matrim. dist. 27. numero 32, cum sequens. & Nicol. Garc. de benefic. sexta pars, ca. 2. numero 40. cum sequentibus, vbi contrarium tenet attento stylo Curie, & Cancellaria, que sede Episcopali vacante non dirigit huiusmodi licentias officiali Capituli, quia non confidit de illo, sed Episcopo viciniori, seu eius officiali, de quo stylo testatur Hieronymus Paulus ab eo citatus, & quod est notissimum omnibus mediocriter in Curia versatis. Ceterum de iure vera est prædicta distinctio.

Tertium dubium est, an facultas dispensandi comprehendit casum nostrum; nempe ad contrahendum matrimonium de presenti à puella minore duodecim annorum viro potente tamen, hoc est prudente, & capace ad copulam, & sic ad matrimonium per inspectionem, & declarationem obstetricum: & vtrum iudices delegati à Papa dispensauerint in hunc casum, & quidem Aduocati puellæ hoc dubium negatiue quoque resolunt, eo quod d. facultas ad duos tantum casus se extendit verificatis precibus, vnum ad contrahendum sponsalia de futuro: alterum ad contrahendum matrimonium de presenti cum ad pubertatem peruenerit, hoc est ad 12. ætatis suæ annum: & nullum eorum est casus præsens, sed alius diuersus non expressus, nec comprehensus in d. facultate dispensandi, nempe posse d. puellam contrahere matrimonium de presenti antequam ad 12. ætatis suæ ann. peruenerit, habentem tamen prudentiam, & aptitudinem ad copulam, & quod sic est casus omissus in dispensatione, & in ea non comprehensus, ac proinde ad eum non extendendus, quamvis adesset eadem ratio, vel maior præmaxime cum commissarij d. dispensationis in-

eo non dispensauerint, sed potius remiserint ad Ordinarium supplicantium, & quod vera pubertas puellæ est 12. annorum, & quod ista est legalis ætas ad contrahendum matrimonium, de qua visus fuit sentire Summus Pontifex in præd. dispensatione, & eius commissarij in præd. remissione, quam fecerunt respectu pubertatis requisitæ in dispensatione, quam ipsi vocauerunt perfectam ætatem.

Insuper quia dispensatio ad contrahendum matrimonium de presenti fieri non debuit à commissariis ante pubertatem, sed cum primum ad eam peruenerit iuxta licentiam, & formam dispensationis, ibi, vt cum primum D. Antonia ad pubertatem peruenerit dispenses matrimonium inter se, per verba de presenti contrahere, itaque verba illa, cum primum peruenerit, coniungenda sunt, cum verbo, dispenses, quod est futuri temporis, & denotat tempus, in quo dispensandum est, & etiam conditionem, vt per Bart. in l. primo, numero nono, ff. de condit. & demonstr. cum similibus, hoc autem non fuit sic obseruatum à præd. commissariis, sed dispensatio præd. fuit facta, & concessa ante tempus commissionis, & adimplementis conditionis, ergo fuit nulla, tanquam forma non seruata, & matrimonium solemnizatum ante pubertatem iuxta tradita per Felin. in cap. cum dilectis, numero sexto, de re scriptis.

Sed nihilominus contrarium iure dicendum est, imo quod Bulla dispensationis concedit expresse facultatem dispensandi in casu, quo sumus, vere & proprie, vt patet ex illis verbis, & cum primum D. Antonia ad pubertatem peruenerit, &c.

Et vt hoc ad oculum pateat præsupponendum est pro euentu in iure Canonico: quod puberes à pube sunt dicti, & vocati, hoc est, à prudentia corporis nuncupati: quia hæc loca primum lanuginem ducunt: quidam tamen ex annis pubertatem iudicant, id est, cum esse puberem, qui 14. annum implauerit, quamvis tardissime pubescat: Certum est autem eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare iam potest: ita definit text. in cap. Puberes 3. de nuptiis, impub. & ibi glossa, in infert, quod pubertas ex vigore naturali, non ex annorum numero comprobatur, quoad matrimonium contrahendum, & quod matrimonium consideratur ex pubertate tantum, & non ex annorum numero, sed quoad tutelam, vel curam, ætas annorum tantum consideratur, vt in l. in d. accorum, C. quando tutor, vel curat. & in princip. institut. quib. mod. tutel. &c. sed quoad matrimonium bene inspicitur, mulier & etiam vir, an sint apti ad matrimonium, vt in iuribus à glossa illa citatis, quam sequuntur ibi communit. DD. ad idem est text. in ca. de illis, el segundo, de dispensat. impub. vbi loquens text. de illis, qui in minori ætate dispensantur, inquit,

Respondemus, quod si ita fuerint ætati proximi, quod poterint copula carnali coniungi, minoris ætatis intuitu separari non debent, si vnus in alium vilis fuerit consensisse: cum in eis ætatem suppletisse malitia videatur: idem probat text. in c. continentibus, de dispensat. impub. optimus text. in cap. fin. de eo, qui cognouit conjugium, xxxv. fua: vbi quidam cum puella, que nondum decimum ætatis suæ annum compleuerat, per verba de futuro contraxit, & eam infra eiusdem anni spatium carnaliter cognouit, & nihilominus statim fuit validum matrimonium ætatem suppletisse malitia, vbi Hostiensis notat, sic, ætas interueniente carnali copula per biennium præuenitur, & idem intelligitur in tempore anteriori, quia conuenit anticipari, & hoc ex parte mulieris, cuius vas lemper paratum est locundum Godfredum,

fredum, sequitur ibi Ioan. Andr. glossa Cardinal. Zabarel. Ant. de Butc. in verfic. obfus primo, Præp. in fin. Abb. numero 3. & 3. dicens: nota quod pubertas potest multum præueniri, nam hæc puella nondum compleuerat decimum annum, & tamen potuit cognosci, quod patet ex eo, quia illa copula fuit inductum matrimonium: inferens ex hoc, quod copula habita cum minori præsumitur potestas coeundi in ipsa minore, licet aliter non probetur: eandem sententiam repetit Hostiensis, in d. cap. puberes, §. fin. & Tiraquell. in l. 4. communiat. lib. 1. parte 6. numero 38, dicens, quod quamuis leges præsumant esse puberes, & maturos nuptus marem in 14. anno, formam in duodecimo, & ex hac præsumptione leges statuunt, tamen ex Pontificum decretis contrarium probari potest, & si conperiat, valebit matrimonium, vt in d. cap. de illis, & in ca. final. de dispensat. impub. Nauar. consil. 4. numero 13, eodem titulo, lib. 4. vbi inquit, quod licet coeundi potestas non solet euenire vt plurimum ante præd. ætates, tamen frequenter euenit ante illas: illis maxime, qui nati in murice, & auro inter superbas opes, & delicias vires maiores magisque robur corporeum sibi quarunt: & nos quoque idem probauimus repet. astib. sacramenta puberum, numer. 4. §. si aduers. vendit. & lib. 1. Canonice questionum cap. 11. numero 10, vbi quod hodie in hac specie etiam attento Concilio Trident. valet matrimonium celebratum iuxta eius formam.

Cum igitur hæc ita se habeant, magna ac summa jurisprudentia Summus Pontifex in præd. facultate dispensandi mentionem fecit pubertatis, vt cum ad eam peruenerit puella possit contrahere, & celebrare matrim. de presenti, & non dixit, cum compleuerit 12. annum ætatis suæ, nec annorum meminit, cum facile id exprimitur poster, si vellet, sed tantum pubertatis, que suprad. modo verificatur, & definitur: & licet Apostolicæ recipiunt interpretationem à iure communi, ca. causam q. 18. de re scriptis, & Ecclesia vobis 57. de elect. cum similibus, quo fit, quod cum propriis pubertas fit ea, que apparet, & deducitur ex habitu corporis, & potentia generandi, quam ea que à iure præsumitur ex numero annorum, vt constat ex imprædictis iuribus, præcipue ex d. e. puberes: ibi certum est: & tenet Nauar. vbi supra numero duodecimo, inquit, quod iure naturali requiritur ad contrahendum matrimonium, prudentia, & iudicium, ius autem, quod determinat tale iudicium euenire in masculo in 14. anno, in femina in 12. non est ius naturale, sed humanum, determinatum arbitrio legumlatorum, qui respiciunt id, quod communitur accidit, iuxta l. 4. §. 1. ff. de legib. merito, vt verba Summi Pontif. in facultate dispensandi, illa scilicet, cum primum D. Antonia ad pubertatem peruenerit, intelligenda sint in poriori, vero, & proprio significato, nempe in pubertate naturali, hoc est, que constat ex prudentia, & habitu corporis, atque potentia ad generandum, potius quam in pubertate legali, & præsumpta, vel saltem in qualibet earum, que prius accesserit: ætas namque præfata à Canonibus definita præsumptiua est habilitatis ad copulam, & ad consensum conjugalem, vt colligitur ex d. e. puberes, vbi glossa, hoc notat, & ibi communitur DD. Couar. in q. de sponsal. 2. parte 2. §. in princip. num. 2, ibi: hæc tamen ætas: at illa naturalis, ex prudentia ac potentia ad copulam vera ac propria est, vt patet ad sensum: & infirmitas intellectus est iuxta Philosoph. quæreret legem vbi est ratio naturalis: præsertim, cum hic habeamus etiam legem Canonice hoc didicimus stabilitam à Summis Pontificibus, vt constat ex d. ca. puberes, & ceteris iuribus ad hoc citatis.

Hinc est, quod si quis post 14. annum habita non sit ad copulam, matrimonium contrahere non potest, quamuis interrim, dum id legitime constat matrimonium iudicandum sit, atque expectandum tempus aliquod, ex quo possit colligi illum inhabilem esse ad carnalem coniunctionem 2. cap. Laudabitur de frigid. & malef. cum similibus, vt probat Couar. vbi supra, in verfic. quæritur si quis.

Neque obstat iure Canonico prohibitum esse matrimonium contrahere ante præd. ætatem ad hoc statutam, vt tradunt DD. diuersis locis, id enim regulariter procedit, quando non constat ante præd. ætatem prudentiam accelerari, & sic pubertatem aduenisse: ceterum si hoc constiterit arbitrio iudicis, recte potest matrimonium contrahi ante præfata ætatem, vt probant in indiuiduo iura, & DD. supra citati, & omnes, qui de hac re scripserunt: concludunt enim, & resoluunt vnanimiter, inquit, quod malitia in proximis pubertati supplet ætatem ad matrimonium contrahendum. Non itaque iudex in nostro casu suppleuit ætatem, sed ius ipsum in quo fundatur facultas Apostolica ad dispensandum, siquidem loquitur de pubertate, imò potius natura ipsa fecit capacem puellam ad contrahendum præd. matrimonium præueniendo ætatem: & quamuis commissarij dati ad dispensandum non sint loquuti in dispensatione de pubertate, sed de perfecta ætate, idem tamen est, cum perfecta ætas in proposito sit, quam facit pubertas, & hæc est potior, quam præsumpta ab ætate, & præterea verba dispensationis factæ à præd. commissariis intelligenda sunt iuxta verba eiusdem facultatis, siquidem eius formam alterare non poterunt, imò hoc paulo infra in præd. dispensatione declarauerunt, siquidem quatenus ad prudentiam, & aptitudinem contrahendi statim matrimonium de presenti id remiserunt suo Ordinario.

Nec fuit necessarium expectare tempus ipsum pubertatis D. Antonie ad dispensandum circa matrimonium de presenti contrahendum: quia verbum illud, dispenses, in facultate ad dispensandum appositum, cadit super sponsalibus de futuro, & matrimonio de presenti in vna, & eadem oratione: ergo pariformiter debet determinari in vtriusque iuxta eandem juris regulam, quam pro se Aduocati contrarij adducunt: ergo licet potuit dispensari super sponsalibus de futuro, ita & simul super matrimonio de presenti celebrando, cum primum d. puella ad pubertatem peruenerit, remittenda Ordinario, prout remiserunt, prudentiam, & aptitudinem requisitam ad contrahendum statim de presenti. Præterea, & c. denotet conditionem, referat tamen ad celebrationem matrimonij, que est præcipua intentio Summi Pontificis, non vero distinet dispensatio, hæc namque statim fieri poterat, & debebat, confuso de veritate precum, non enim opus erat, bis dispensare diuersis temporibus, sed vno eodemque tempore super omnibus dispensari poterat, primo ad constituenda statim sponsalia de futuro, deinde ad contrahendum statim matrimonium, cum primum ad pubertatem peruenerit D. Antonia, veluti cum Episcopus concedit licentias suas subdito ad recipiendos omnes Sacros Ordines diuersis temporibus, quod absque dubio fit quoti die, & recte fieri potest. Denique quando d. Commissarij dispensauerunt circa utrumque, iam D. Antonia peruenerat ad pubertatem naturalem prudentiam, & aptitudinis ad contrahendum statim verbis de presenti, vt constitit, & probatum fuit coram dictis iudicibus, quod si tunc licentiam non concesserint ad contrahendum statim, fuit, quia non erat præsens



D. Antonia ad faciendam inspectionem corporalem, & examen prudentiam necessarium, que postea fuerunt facta Hispali, & ita merito remiserunt ea suo Ordinario, qui fuit Hispalen, ut patet ex processu Superell sciendum an D. Antonia, tempore quo contraxit matrimonium de presentu Hispali, erat ztatis sufficientis, vt dici posset proxima pubertati prudentialis, & aptitudinis ad eam requisita.

Dux lectura circa hoc reperiuntur in processu vna quod erat tunc temporis D. Antonia nouem annorum sex mensium, & dimidio, quod deponunt quatuor testes contesses vltra alia adminicula: altera lectura est, quod D. Antonia tempore matrimonij contracti erat ztatis decem annorum cum dimidio, & plus, prout hoc affirmat septem testes contesses cum aliis adminiculis, itaque hac ztate maiori testium numero comprobata est.

Sed quando priorem amplectamur, nempe nouem annorum cum dimidio, & plus, hęc probatio sufficeret, vt proxima pubertati tunc temporis ipsa dicitur computando ztatem respectu numeri annorum.

4.6 Proximus namque pubertati in masculis dicitur, qui habet ztatem decem annorum cum dimidio, in feminis vero, que habet nouem annos cum dimidio iuxta glossam in l. Pupillus, infra de inutili stipul. Et in l. Pupillus ff. de reg. iur. que glossę sunt communiter approbate, vt cum Isone, & aliis affirmat D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, §. 5. in princip. numer. 5. & Duennas in reg. 259. limitatione 3. refert alios Menoch. de arbit. lib. 2. centuria 1. casu 37. numero 21. cum sequenti. & sequitur eas Navar. consil. 4. de desponsal. inqub. num. 11. lib. 4. & quamuis in hoc articulo sint alie plures opiniones diuise, quas refertur Couar. & Menoch. vbi supra, profertem (prouenientiam censens in auct. sacramenti pubertatis, n. 4. C. si aduers. vendit & Thom. Sanchez statim citandus) receptiorem eam esse constat, que hoc relinquit arbitrio iudicis, qui id arbitrabitur ex discretionem pueri, & ex aliis circumstantiis, & quod hac sit verior, & magis recepta affirmat Menoch. vbi supra. num. 44. vbi num. 45. quod iudex non tantum annorum numerum, quantum personę conditionem, actusque qualitatem spectabit: & inquit Couar. 4. num. 5. versic. hic tamen ommissis. Et, quod hoc arbitrium iudicis ante illam ztatem communium opinionem definitam non est passim exhibendum, imo iudex, qui ante illam ztatem arbitrari debet puerum esse proximum pubertati, maximis est adducendus coniecturis, & cautissime id aget, ac tandem ratio: ac post illam ztatem non exigeret iudicis arbitrium ita virgenter coniecturas: fat enim erit, aliquot mediocria signa perpendere, ex quibus arbitretur puerum esse proximum pubertati: sequitur Duennas vbi supra. Menoch. num. 52. & Thomas Sanchez. de matrim. lib. 1. disputatione 31. numero 24. ad fin.

4.7 Quod autem iudex Ordinarius Hispalen, fecerit diligentias necessarias ad inuestigandam, & cognoscendam prudentiam puellę, eiusque aptitudinem ad contrahendum matrimonium de presentu, & potentiam coeundi, constat ex actis causę tam per testes deponentes de aspectu, visu, tractatu, & conuersatione, quam per depositiones cum iuramento factas obstertricum & matronarum, que inspecerunt eam corporaliter, & affirmarunt eam esse aptam ad supradicta. Ordinarius pręterea pręfatus alloquutus est eis sepe ac sepius ad cognoscendam ipsius prudentiam, & discretionem, & declarauit, cum causę cognitione, eam esse sufficientem, & aptam, eique ideo licentiam concessit ad contrahendum

de presentu, & ipsemet eam desponsauit, & eius maritus jurat eam cognouisse carnaliter.

Cui est credendum in hoc, vt in cap. continebatur 48 de desponsatione inqub.

Et quod inspectio obstitit sit facienda, pro-49 ut fuit facta in proposito, meminit glossa in d. ca. pube- beyer. de desponsal. impuber. & quamuis nonnulli DD. asserant non esse iustum fieri pręd. inspectionem, vt refert Menoch. lib. 2. de arbit. iudic. centuria 1. casu 38. num. 3. & 4. hoc ideo est, quia videtur inde corra, & inhonestu, si tamen facta fuerit, sufficiens probatio est potentię coeundi, & ita obseruatur in praxi quoties similis casus contingit, & de hoc est tit. ff. de vent. inqub. tolerabiliusque est hoc fieri per feminas peritas in arte, quam per viros medicos, ergo iuste Ordinarius Hispalen. pręcepit fieri pręd. inspectionem, prout fuit facta: & vt omnis difficultas (si aliqua esset) cessaret.

Ex eo, quod arbitrio iudicis relinquitur, quando quis ad coeundum potens dicitur, qui arbitrabitur, aliquem esse potentem ad coeundum inspecta personę qualitate, membrorum dispositione, & valetudine, secundum Menoch. d. casu 38. num. 8. cum sequenti: que omnia hic interuenierunt, & iudex id arbitratus fuit sufficientibus premisiis diligentibus ergo iuste factum est, & matrimonium recte tenet, & valet, & ita decreuimus, & pronunciamus.

CAPITVLVM LXIV.

De habente duplicem habitatiõnẽ parochiam, an aq̃ue in qualibet possit matrim. inire?

S V M M A R I V M.

- 1 Parochiam duplicem quis habere potest, quando in vtraque equaliter habitat, nempe in hyeme in vna, in æstate vero in altera. & quomodo hoc intelligatur.
- 2 Parochiam duplicem habens, an aq̃ue in qualibet possit matrimonium inire cum vniuersis sequentibus. & in numero 3. quod vterque parochus ex illis potest audire confessionem eius, & administrare sacramenta, vt in numero 4. vbi quomodo hoc intelligatur.
- 3 Canonica portio habenti duas parochias, qui elegit sepius vnam in diuerso loco diuidenda est inter vtramque parochiam, & non pertinet integre a parochia inhabitatiõnis tempore mortis.
- 4 Duo parochi in solidum, quoties alicui, parochia pręfunt, potest vterque ex illis altero inuito ministrare sacramenta, & interesse matrimonio, aliisque assistendi licentiam dare, etiam sepius inter se habeant diuisas hebdomadas inueniend.

Posse quem habere duplicem habitatiõnis parochiam non est nouum, quando in vtraque equaliter habitat, nempe in hyeme in vna, in æstate vero in altera, vtraque namque est aq̃ue parochia 1. assumptio, §. Filius, & l. eius, qui manumissus, §. Celsus, ff. ad municip. cap. 2. de sepul. in 6. ibi: cum ab eo, qui duo habet domicilia se collocaus equaliter in vtroque: glossa, in capit. significauit, de paroch. & in cap. cum nullus de tempor. ordin. verbo domicilium, lib. 6. Matthe de Afflic. decs. Neap. 324. numero quinto, quod autem diximus requiri, quod in vtraque equaliter habitet, non

CAPITVLVM LXV.

De matrimonio vagorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Vagi quomodo matrimonium contrahere possint, & debeant, & numeri sequenti.
- 2 Et an peccet parochus si diligentiam requisitam a Concilio Tridentino non obseruauerit, numero 15. vbi quod valebit matrimonium.
- 3 Vagi qui dicantur, & qui sit eorum parochus.
- 4 Vagi possunt eucunq̃ue parochio fatari.
- 5 Vagi vbiq̃ue forantur foram, possuntque pro delictis alibi commissis puniri.
- 6 Vagu dum hospitatur in aliqua parochia obiter non tenetur pręstare in ea recipere sacramenta, sed potest fatari cuiuslibet curato diocesis.
- 7 Parochus non potest matrimonio vagorum interesse, nisi diligenter inquisitione premissa, & obienta Ordinarij licentia, idem est in alienigenis alibi habitantibus fixum domicilium, vt in numero 7. quod procedit etiam quando alter salu ex contrahentibus vagus aut forensis est, vt in numero 8. vbi quia eam licentiam prestare possit, & quid de illis qui da terra parochia intra idem oppidum, vel ciuitatem mutantur, dum ad aliam parochiam irantur non sunt, sed ad breue tempus allicubi hospitantur, vide numero 9.
- 8 Parochus vagorum ad assistendum eorum matrimonio erit quicumq̃ue parochus: quod procedit etiam in fraudem proprii sacerdotis vagi dereliquisse domicilium, vt in numero 11.
- 9 Confessor deputatus pro vago ille debet eorum matrimonij interesse.
- 10 Deserens omnino pręsternus domicilium, si iter agat, aut nauiget animo acquirendi nouum domicilium, dum nondum acquisitum incipiens habitare, si matrimonium contrahere velit, id possit coram, quocunq̃ue parochio: vbi quid si aliter sit vagus, alior vero incola, numero 14.

Acrosanctum, Oecumenicum, & Generale Concilium Trident. sess. 24. cap. 7. in Decreto de reformat. matrim. sic ait:

Multu sunt, qui vagantur, & incertis habent sedes, & vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, aliam, & plerunq̃ue plures, illa viuente, diuersis in locis ducunt: cui morbo cupiens Sancta Synodus occurrere, omnes ad quos spectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant: Magistratu etiam seculari hortatur, vt eos leuere coercant: Parochus autem pręcipit, ne illorum matrimonij interest. nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & te ad Ordinarium delata. ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

Pro huius decreti, & materie intelligenti videndum primo est, qui dicantur vagi, & quis sit eorum parochus ad hoc, ut eos coniungere valide possit matrimonio: quoad primum, vagidicuntur, qui nullibi certam, ac constantem sedem, & domicilium habent, sed hinc inde vagantur, l. eius qui manumissus 27. §. fin. & ibi glossa, ff. ad municip. ita tenent communiter DD. & pręcipue Bart. post glossam ibi in l. 4. §. Prator. numero 24. ff. de damn. infest. est communis, vt plures allegans testatur Prosper Farinat. in questio. crimin. questioe 7. de inquisitione, numero 15. & eam tenent etiam DD. infra citandi, Vnde recte lul. Clar. lib. 5. recept. sentent. in Praxie,